Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
20 — M
49

13 — 1 h. 13.

Google

LIBRO

PER COMPAGNIE SECOLARI
NVOVAMENTE CON DILIGENTIA CORRETTO.
VI SONO AGGIVNTE MOLTE COSE.



NE L'INCLITA CITTA DI SIENA. M. D. XL.

Biblot. Soci. Coll. Romi. Jesu. Soc.
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Giouanni d'Aleſſ. & Franceſco Auanni Librari à li Cariſſ. in Criſto Fratelli, i Fratelli de le Compagnie Secolari di Siena Salute nel Saluatore noſtro.

LA Giuſta domanda, & voglia di molti di voi, che noi faceſſemo Stampare queſto Libro, & con gran cura correggere (quando ne gli altri che fino ad hora ſono ſtampati ſi veggono infinite ſcorrettioni & molte coſe vi mancono) ci tenne vn tempo in dubio, ſe doueuamo cõtentarui, riſpetto a le ſpeſe grandi che queſta opera richiedeua Ma poco doppo, la ſopraueñete ſtranezza di queſti tẽpi ci traſſe di dubio. Et coſi reſoluti darui per allhora l'ultimo no: fumo coſtretti da l'importunita voſtra, da la neceſſita che s'ha del libro, & da la cõſolatione che erauate per riceuerne, a mutar propoſito, a douer ſatisfarui, poſti tutti li riſpetti da bãda, Et ecco che l'hauiamo a nome vr̃o ſtãpato, & à voi dedicato.

Et acciò che ſappiate, che ci ſiamo sforzati ſatisfare à le Carita voſtre: c'è parſo breuemente dichiararui parte de le coſe, ne le quali habbiamo poſto diligentia, & quel che habbiamo aggiunto, il reſto conoſceranno le prudentie voſtre.

L'habbiamo fatto ſtampare come vedete in lettera grande, ſciolta, & ageuole a leggere, con pochiſſime breuiature, & per tutto con li punti a douuti luoghi poſti.

Vedrete molte coſe diſpoſte con ordine bello, & maggiormente gli Offitii della Settimana Santa che n'haueuano biſogno, & l'Hinnario.

Ci ſono aggiunti i preghi che fa la Chieſa nel fine di Matut. ſicondo che ricerca il tempo. Ci habbiamo meſſe di nuouo alcune Auuertentie che molto biſognano.

Harete conſolatione grandiſſima di molti Hinni che ci ſono aggiunti.

Sarebbe lungo il dire, l'emendationi fatte, ne l'Antifone, Salmi, Lettioni, & per tutto. Sappiate queſto anchora, che con gli eſemplari de le ſcritture ſi ſono corretti molti & molti luoghi.

Vltimamente a preghiera d'alcuni habbiamo fatto comporre, & ſtampare i preghi volgari, che in molte Compagnie ſi dicono immediate doppo il Matutino, & in alcun luogo quando ſi fa la Diſciplina.

E ſtata noſtra cura, di far che queſte coſe ſi faceſſero; ma l'impreſa e'l peſo che ſi mandaſſero ad effetto, lo ponemo ſopra Miſſ. Giouã batt: Tizzoni, il quale non manco deſideroſo di farui commodo che noi, pẽſiamo che ſicuramente & cõ honore ne ſia eſcito.

Ma perche ne lo ſtampare non ſi puo fare che non ſi laſſi, ò non ſi ponga di piu, ò nõ ſi traſponga qualche lettera: quegli errori che in cio ſi ſaranno commeſſi, nel fin del Libro ſi corregeranno. Sara voſtra fatica vederli, & andare a la carta doue è l'errore, & ſotto quella dittione nela quale s'è errato fate vna linea lunga quanto è la parte, & a la riſcontra in margine del libro riſcriuete la dittione corretta, ò fatela riſcriuere de chi penſate che di voi facci meglio.

Voi vedete l'opa nr̃a, Hora ſe nõ è, come era il merito vr̃o, & il nr̃o deſiderio, ſiate certi che piu nõ s'è potuto. & paghi q̃ſto nõ hauer potuto la buona volonta che haueuamo di farui coſa grata.

Come elle ſi ſieno non vi paino care queſte noſtre fadighe ch'anchora à noi coſtano, & godeteuele a Laude & Gloria di DIO Pregatelo ch'egli ci Benedica, il qual viue & regna ſempre, & reſtate in l'amor ſuo.

In SIENA De la Bottega noſtra Ne l'anno da la Natiuita di. N. S.

. M . D . XL . il di . XIIII . Di Marzo .

Incomincia l'offitio de la Beata Vergine Maria: ⁊ prima il Matutino. Antiſona.

Aue Maria gratia plena: dominus tecum benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui Ieſus.

Il verſo:



Omine labia mea aperies. Riſpoſta

Et os meum annũtiabit laudem tuam. ℣.

Deus in adiutorium meum intende. ℟.

Domine ad adiuuandum me feſtina.

Gloria patri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper ⁊ in ſecula ſeculorum. Amẽ.

Halleluia.

Da la Domenica de la Settuageſima in fine a la Paſqua de la Reſurrettione: Halleluia non ſi dice: ma in ſuo luogo ſi dice. Laus tibi domine rex eterne glorie.

L'inuitatorio:

Aue Maria gratia plena: dominus tecum.

Venite exultemus domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro. Preoccupemus faciem eius in confeſſione: ⁊ in pſalmis iubilemus ei.

Aue Maria gratia plena: dominus tecum.

Quoniam Deus magnus dominus: ⁊ rex magnus ſuper omnes deos. Quoniam non repellet dominus plebem ſuam. Quia in manu eius ſunt omnes fines terre: Et altitudines montium ipſe conſpicit.

Dominus tecum.

Quoniã ipſius eſt mare ⁊ ipſe fecit illud: ⁊

aridam fundauerunt manus eius. Uenite adoremus ꝛ procidamus ante Deuz: ploremus corã domino qui fecit nos: quia ipſe eſt dominus Deus noſter: Nos autem populus eius ꝛ oues paſcue eius.

A ue Maria gratia plena dominus tecum.

H odie ſi vocem eius audieritis: nolite obdurare corda veſtra: ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto: vbi tentauerũt me patres veſtri: probauerunt ꝛ viderunt opera mea.

D ominus tecum.

Q uadraginta ãnis proximus fui generationi huic: ꝛ dixi, ſemper hi errant corde. Ipſi vero nõ cognouerunt vias meas: quibus iuraui ĩ ira mea: ſi introibunt in requiẽ meam.

A ue Maria gratia plena: dominus tecum.

G loria patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto. Sicut erat ĩ principio ꝛ nunc ꝛ ſemper ꝛ in ſecula ſeculorum. Amen.

D ominus tecum. A ue Maria gratia plena. D ominus tecũ. Hymno

Q Uem terra: pontus: ethera:
Colunt: adorant: predicant:
Trinam: regentem: machinam:
Clauſtrũ Marie baiulat
C ui luna: ſol: ꝛ omnia
Deſeruiunt per tẽpora
Perfuſa celi gratia.
Geſtãt puellę viſcera.
B eata mater munere:
Cuius ſupernus artifex:
Mundũ pugillo continens: Uentris ſub arca clauſus es.
B eata celi nuncio

Fecūda ſancto ſpiritu.
Deſyderatus gētibus
Cuius per aluum fu-
ſus eſt:
Gloria tibi domine
Qui natus es de Vir-
gine:
Cum patre ⁊ ſancto
ſpiritu
In ſempiterna ſecula.
Amen.
Da la paſqua di Reſur
rettione in fine a l'A
cenſione ſi dice
Gloria tibi domine
Qui ſurrexiſti a mor-
tuis:
Cum patre ⁊c.
Per l'Aſcenſione.
Gloria tibi domine
Qui ſcandis ſuper ſy-
dera: Cum patre ⁊c.
Per la Paſqua de lo
Spirito ſancto.
Gloria tibi domine
Qui apparuiſti hodie
Cum patre ⁊c.

Queſti tre Salmi ſe-
guenti ſi dicono la Do
menica il Lunedi e il
Giouedi in ogni tem-
po.
A matutino. Ant.
Benedicta tu. Salmo.

Domine dominus
noſter: quaꝫ admi
rabile eſt nomen tuum
in vniuerſa terra.
Quoniam eleuata eſt
magnificentia tua: ſu-
per celos.
Ex ore infantium ⁊ lac
tentiuꝫ perfeciſti lau-
deꝫ propter inimicos
tuos: vt deſtruas ini-
micum ⁊ vltorem.
Quoniam videbo ce-
los tuos: opera digi-
torum tuorum: lunam
⁊ ſtellas que tu fundaſti.
Quid eſt homo quod
memor es eius: aut fi-
lius hominis quoniaꝫ
viſitas eum.

Minuiſti eum paulominus ab angelis: gloria ⁊ honore coronaſti euꝫ ⁊ cõſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues ⁊ boues vniuerſas: inſuper ⁊ pecora campi.

Volucres celi: ⁊ piſces maris: qui perambulant ſemitas maris.

Domine dominus noſter: quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

Gloria patri. Ant:

Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ant:

Sicut myrrha. Sal:

CEli enarrant gloriam Dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbum: ⁊ nox nocti indicat ſcientiam.

Non ſunt loquele neque ſermones: quorꝫ non audiantur voces eorum.

In omneꝫ terraꝫ exiuit ſonus eorum: ⁊ in fines orbis terrę verba eorum.

In ſole poſuit tabernaculum ſuum: ⁊ ipſe tanquaꝫ ſponſus procedens de thalamo ſuo.

Exultauit vt gigas ad currendaꝫ viaꝫ: a ſummo celo egreſſio eius.

Et occurſus eius vſque ad ſummum eius: nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.

Lex domini immaculata conuertens animas: teſtimonium domini fidele ſapientiaꝫ preſtans paruulis.

Iuſtitie domini: rectę letificantes corda: prę

ceptuꝫ domini lucidū
illuminans oculos.
Timoꝛ domini ſanc-
tus permanet in ſecu-
lum ſeculi: iudicia do-
mini vera: iuſtificata
in ſemetipſa.
Deſiderabilia ſuper
auruꝫ ⁊ lapidē pꝛetio-
ſuꝫ multuꝫ: ⁊ dulcioꝛa
ſuper mel ⁊ fauum.
Etenim ſeruus tuus
cuſtodit ea: in cuſtodi-
endis illis retributio
multa.
Delicta quis intelligit?
ab occultis meis mun-
da me: ⁊ ab alienis par
ce ſeruo tuo.
Si mei non fuerint do
minati: tunc immacula
tus ero: ⁊ emundaboꝛ
a delicto maximo.
Et erunt vt complace
ant eloquia oꝛis mei:
⁊ meditatio coꝛdis
mei in conſpectu tuo
ſemper.
Domine adiutoꝛ me-
us: ⁊ redemptoꝛ meus.
Gloꝛia patri. Ant:
Sicut myrrha electa odorem dediſti ſuaui-
tatis ſancta dei genitrix. Ant:
Ante torum. Psal:
Domini eſt terra: ⁊
plenitudo eius: oꝛ
bis terrarum: ⁊ vniuer
ſi qui habitant in eo.
Quia ipſe ſuper maria
fundauit eum: ⁊ ſuper
flumina pꝛeparauit eū
Quis aſcendet in mon
tem domini? aut quis
ſtabit in loco ſancto
eius?
Innocens manibus ⁊
mundo coꝛde: qui nō
accepit in vano ani-
mam ſuam nec iurauit
in dolo pꝛoximo ſuo.
Hic accipiet benedic-
tioneꝫ a domino: ⁊ mi
ſericoꝛdiam a Deo ſa-
lutari ſuo.

Hec est generatio querentium eum: querentium faciẽ Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras ⁊ eleuamini porte eternales: ⁊ introibit rex glorię.

Quis est iste rex glorię? dominus fortis ⁊ potens: dominus potens in prelio.

Attollite portas principes vestras ⁊ eleuamini porte eternales: ⁊ introibit rex glorię.

Quis est iste rex glorię? dominus virtutũ ipſe est rex glorię.

Gloria patri. Ant: Ante torum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dragmatis. ℣.

Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. ℟.

Propterea benedixit te Deus in eternum.

Pater noſt: &c. ℣. Et ne. ℟. Sed li.

Cerca de le lettioni a carte .

Questi tre ſalmi ſeguenti ſi dicono il martedi: ⁊ il venerdi al matut: Ant: Specie tua. Sal:

Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus ſcribe: velociter ſcribentis.

Speciosus forma pre filiis hominum: diffuſa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in eternum.

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum: potentiſſime.

Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intende proſpere procede ⁊ regna

Propter veritatem ⁊ manſuetudinem ⁊ iuſtitiam: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagitte tue acute: populi ſub te cadent i cor

da inimicorum regis. Sedes tua Deus in ſe-culū ſeculi: virga direc tionis virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiā ⁊ odi ſti iniquitatem: prop-terea vnxit te Deus Deus tuus oleo letitie pre conſortibus tuis. Myrrha ⁊ gutta ⁊ caſ-ſia a veſtimentis tuis a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filie regum in hono re tuo. Aſtitit regina a dex-tris tuis: in veſtitu de-aurato circundata va-rietate. Audi filia ⁊ vide ⁊ in-clina aurem tuā: ⁊ obli uiſcere populum tuū ⁊ domum patris tui. Et concupiſcet rex de corem tuum: quoniam ipſe eſt dominus deus tuus ⁊ adorabis eum. Et filie Tyri in mune-ribus: vultum tuum de precabuntur omnes di uites plebis. Omnis gloria eius fi-lie regis ab intus in fim brijs aureis: circuma-micta varietatibus. Adducentur regi vir-gines poſt eam: proxi-me eius afferētur tibi. Afferentur tibi in leti-tia ⁊ exultatione: ad-ducentur in templum regis. Pro patribus tuis na-ti ſunt tibi filij: conſti-tues eos principes ſu-per omnem terram. Memor ero nominis tui domine: in omni ge neratione ⁊ generatio ne. Propterea populi cō-fitebuntur tibi in eter-num: ⁊ in ſeculū ſeculi. Gloria patri. Ant.

Specie tua & pulchritudine tuā intende prospere procede: & regna. Ant: Adiuuabit eam. Sal:

Deus noster refugiuꝫ ⁊ virtus: adiutoꝛ in tribulationibus que inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus duꝫ turbabitur terra: ⁊ transferentur montes in coꝛ maris.

Sonuerunt ⁊ turbate ſunt aque eoꝛum: conturbati ſunt monteſ in foꝛtitudine eius.

Fluminiſ impetuſ letificat ciuitateꝫ dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.

Deuſ in medio eiuſ nō commouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo.

Conturbate ſunt gentes ⁊ inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuaꝫ ⁊ mota eſt terra.

Dominus virtutuꝫ nobiſcū: ſuceptoꝛ noſter Deus Jacob.

Uenite: ⁊ videte opera domini: que poſuit pꝛodigia ſuper terraꝫ auferens bella vſque ad finem terre.

Arcuꝫ conteret ⁊ confringet arma: ⁊ ſcuta comburet igni.

Uacate ⁊ videte quoniam ego ſum Deus: exaltaboꝛ in gentibus ⁊ exaltaboꝛ in terra.

Dominuſ virtutuꝫ nobiſcum: ſuceptoꝛ noſter Deus Jacob.

Gloꝛia patri ⁊c. Ant: Adiuuabit eam Deus vultu ſuo: Deus in medio eius non commouebitur.

Ant: Sicut letantium. Sal:

Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit dominus portaſ Siō ſuper om-

nia tabernacula Jacob
Glorioſa dicta ſunt de
te: ciuitas Dei.
Memor ero Raab ⁊
Babylonis: ſcientium
me.
Ecce alienigene: ⁊ Ty
rus: ⁊ populus Ethio
pum: hi fuerunt illic.
Nunquid Sion dicet:
homo: ⁊ homo natus
eſt in ea: ⁊ ipſe funda-
uit eam altiſſimus.
Dominus narrabit in
ſcripturis populorū:
⁊ principū horū qui
fuerunt in ea.
Sicut letantium om-
nium: habitatio eſt
in te.
Gloria patri. Ant:
Sicut letantium omnium noſtrum habitatio
eſt in te ſancta Dei genitrix. .℣.
Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. .℟.
Propterea benedixit te Deus in eternum.
Pater noſter. &c. ℣. Et ne ℟. Sed li.
Terza de le lettioni a

carte .7.&.8.
Queſti tre ſalmi ſeguen
ti ſi dicono: il mercore
di: ⁊ il ſabbato al mat:
Ant: Gaude Maria. Sal:
Cantate domino
canticum nouum:
cantate domino om-
nis terra.
Cantate domino ⁊ be
nedicite nomini eius:
annunciate de die in di
em ſalutare eius.
Annunciate inter gen
tes gloriā eius: in om
nibus populis mirabi-
lia eius.
Quoniam magnus do
minus ⁊ laudabilis ni-
mis: terribilis eſt ſu-
per omnes deos.
Quoniam omnes dii
gentium demonia: do
minus autē celos fecit
Confeſſio ⁊ pulchritu
do in conſpectu eius:
ſanctimonia ⁊ magni

ficentia in ſanctificatione eius.

Afferte domino patrie gentium: afferte domino gloriam ⁊ honorem: afferte domino gloriam nomini eius.

Tollite hoſtias ⁊ introite i atria eius: adorate dominum in atrio ſancto eius.

Commoueatur a facie eius vniuerſa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit.

Etenim correxit orbem terre qui non commouebitur: iudicabit populos in equitate.

Letentur celi: ⁊ exultet terra: commoueatur mare ⁊ plenitudo eius: gaudebunt campi: ⁊ omnia que in eis ſunt.

Tunc exultabunt omnia ligna ſyluarum a facie domini quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrem in equitate: ⁊ populos in veritate ſua.

Gloria patri. Ant: Gaude Maria virgo cunctas hereſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo.

Ant: Dignare me. Sal:

Dominus regnauit exultet terra: letentur inſule multe.

Nubes ⁊ caligo in circuitu eius: iuſtitia ⁊ iudicium correctio ſedis eius.

Ignis ante ipſum precedet: ⁊ inflammabit in circuitu inimicos eius.

Illuxerunt fulgura eius orbi terre: vidit ⁊ commota eſt terra.

Montes ſicut cera fluxerunt a facie domini: a facie domini omnis terra.

Annuntiauerũt celi iu‑ſtitiã ẓ eius: ⁊ viderunt omnes populi glo‑riam eius.

Confundantur omnes qui adorant ſculptilia: ⁊ qui gloriantur in ſi‑mulachris ſuis.

Adorate eum omnes Angeli eius: audiuit ⁊ letata eſt Sion.

Et exultauerunt filie Jude: propter iudicia tua domine.

Quoniam tu dominus altiſſimus ſuper om‑nes terras: nimis exal tatus es ſuper omnes deos.

Qui diligitis dominuẓ odite malum: cuſtodit dominus animas ſanc torum ſuorum: de ma‑nu peccatoris libera‑bit eos.

Lux orta eſt iuſto: ⁊ rectis corde letitia.

Letamini iuſti in do‑mino: ⁊ confitemini memorie ſanctificatio nis eius.

Gloria patri. Ant: Dignare me laudare te virgo ſacrata: Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

Ant: Poſt partum.

Da la prima Domeni‑ca de l'Auuento in fi‑ne a Natale: in luogo del'Antifona Poſt partum. ſi dice l'Ant: Angelus domini

Cantate domino canticũ ẓ nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit ſibi dextera eius. ⁊ brachium ſanc‑tum eius.

Notum fecit dominus ſalutare ſuum: in con‑ſpectu gentiuẓ reuela uit iuſtitiam ſuam.

Recordatus eſt miſeri cordie ſue: ⁊ veritatis ſue domui Iſrael.

Viderunt omnes ter‑

mini terre: ⁊ ſalutare
Dei noſtri.

Iubilate Deo omnis
terra: cantate ⁊ exul
tate ⁊ pſallite.

Pſallite domino in ci-
thara: in cithara ⁊ vo-
ce pſalmi: in tubis duc
tilibus: ⁊ voce tube
cornee.

Iubilate in conſpectu
regis domini: mouea
tur mare ⁊ plenitudo
eius: orbis terrarum ⁊
qui habitant in eo.

Flumina plaudent ma
nu ſimul, montes exul-
tabunt a conſpectu do
mini: quoniam venit
iudicare terram.

Iudicabit orbem ter-
rarum in iuſtitia: ⁊ po
pulos in equitate.

Gloria patri. Ant:
Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti;
Dei genitrix intercede pro nobis.

Verſo aduento. Ant:

Angelus Domini nunciauit Marię & con-
cepit de Spiritu ſancto.

Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.

Propterea benedixit te Deus in ęternum.

Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in
tentationem. ℟. Sed libera nos a malo.

Abſolutione.

Precibus ⁊ meri-
tis Beatę Marię
ſemper Virginis ⁊ om
nium ſanctorum perdu
cat nos Dominus ad
regna cęlorum.
℟. Amen. ℣. Iube domne be
nedicere.

Benedittione.

Nos cum prole pia benedicat virgo Maria.
℟. Amen. Aue Maria gratia plena, do
minus tecum: benedicta tu in mulieribus, &
benedictus fructus ventris tui Ieſus.

Lettione prima.

In omnibus requi-
em queſiui: ⁊ in he-
reditate domini mora
bor. Tunc precepit ⁊
dixit mihi creator om
nium: ⁊ qui creauit me:
requieuit in tabernacu

lo meo: Et dixit mihi. In Jacob inhabita: & in Iſrael hereditare: & in electis meis mitte radices. Tu autem domine miſerere nobis.
℟. Deo gratias.
℟. S ancta & immaculata virginitas: quibus te laudibus efferam neſcio: Quia quem cęli capere non poterant, tuo gremio contuliſti.
℣. B enedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, ℟. Quia quem cęli capere nõ poterant tuo gremio contuliſti.
℣. I ube domne benedicere.

Benedittione.

A lma virgo virginũ intercedat pro nobis ad ſuum Filium. Amen. Lett: 2.

E T ſic in Sion firmata ſum: & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: & ĩ Jeruſalẽ poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes Dei mei hereditas illius: & in plenitudine ſanctorũ detentio mea. Tu autẽ domine miſerere nobis. ℟. Deo gras.
℟. B eata es virgo Maria: quę Dominum portaſti creatorem mundi: Genuiſti qui te fecit: & in ęternum permanes virgo.
℣. A ue Maria gratia plena Dominus tecũ.
℟. G enuiſti qui te fecit, & in ęternum permanes virgo. ℣. I ube dõne benedicere.

Benedittione.

P er virginem matrem, concedat nobis Dominus ſalutem & pacem. Lett: 3.

Q Uaſi Cedrus exaltata ſum in Libano: & quaſi Cypreſſus in monte Sion. Quaſi Palma exaltata ſum in Cades: & quaſi plantatario Roſe in Hierico. Quaſi Oliua ſpecioſa in campis: & quaſi Platanus exaltata ſum iuxta aquas. In plateis ſicut Cinnamomum & Balſamum aromatizans odorem dedi: quaſi Myrrha electa, dedi ſuauitatem odoris. Tu au-

tem domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. Felix namque es ſacra virgo Maria, & omni laude digniſſima. Quia ex te ortus eſt ſol iuſtitię Chriſtus Deus noſter. ℣. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fęmineo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam ſanctam commemorationem. ℟. Quia ex te ortus eſt ſol iuſtitię: Chriſtus Deus noſter. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. ℟. Chriſtus Deus noſter.

Domenica .1. del l'auuẽto in fine a la vigilia de la natiuita in luogo de le lettioni di ſopra, cio e In omnibus, & l'altre, ſi dicono queſte tre, che ſeguono.

L'aſſolutione, & le benedittioni, come di ſopra ne l'altre lettioni. Lett. 1

Miſſus eſt angelus Gabriel a Deo in ciuitatẽ Galilee: cui nomen Nazaret, ad virginem deſponſatã viro, cui nomen Ioſeph de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eaz, dixit. Aue gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Tu autez dñe miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. Miſſus eſt Gabriel angelus ad Mariam virginem deſponſatã Ioſeph, nuncians ei verbum: & expaueſcit virgo de lumine: ne timeas Maria inueniſti enim gratiã apud Dominum. Ecce concipies, & paries filium, & vocabitur altiſſimi filius. ℣. Dabit ei Dominus ſedem Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob in ęternum. ℟. Ecce concipies, & paries filium, & vocabitur altiſſimi filius.

Lettione .2.

Que quum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius: & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria inueniſti enim gratiam apud

apud Deuz: Ecce concipies i vtero ꝛ paries filiũ, ꝛ vocabis nomen eius Jesum. Hic erit magnus: ꝛ filius altiſſimi vocabitur, Et dabit illi dominus Deus ſedem Dauid patris eius: ꝛ regnabit in domo Jacob in eternum ꝛ regni eius non erit finis. Tu autem domine miſerere nobis.

℟. Deo gratias.

℟. Aue Maria gratia plena: dominus tecum. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi: quod enim ex te naſcetur ſanctũ, vocabitur filius Dei.

℣. Quomodo fiet iſtud quoniam virum nõ cognoſco? & reſpondens Angelus dixit ei.

℟. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi: quod enim ex te naſcetur ſanctũ, vocabitur filius Dei.

℣. Iube domne benedicere. &c.

Lectione terza.

Dixit autem Maria ad Angelum. Quomodo fiet iſtud? quoniaz viruz non cognoſco. Et reſpondens Angelus dixit ei Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: ꝛ virtus altiſſimi obumbrabit tibi: Ideoque ꝛ quod naſcetur ex te ſãctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua: ꝛ ipſa concepit filium in ſenectute ſua: Et hic menſis eſt ſextus illi, que vocatur ſterilis: quia nõ erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecũdum verbuz tuuz. Tu autẽ domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias

℟. Suſcipe verbum virgo Maria, quod tibi a domino per Angelum tranſmiſſum eſt concipies & paries Deũ pariter & hominem.

Vt benedicta dicaris inter omnes mulieres.

℣. Paries quidem filium: & virginitatis non patieris detrimentum: efficieris grauida & eris mater ſemper intacta.

℟. Vt benedicta dicaris inter omnes mulieres ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. ℟. Vt benedicta dicaris inter omnes mulieres.

Il cantico di ſanto Auguſtino & di ſanto Ambroſio.

TE Deum laudamus: te dominuz confitemur.

Te eternuz patrē: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: tibi Celi & vniuerſe poteſtates.

Tibi Cherubim & Seraphim, inceſſabili voce proclamant.

Sanctus. Sanctus. Sanctus dominus Deus ſabaoth.

Pleni ſunt celi & terra, maieſtatis glorie tue.

Te glorioſus Apoſtolorum chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te Martyrū candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum ſancta confitetur Eccleſia.

Patrem immenſe maieſtatis.

Venerandu3 tuum verum & vnicum filium.

Sanctum quoque paracletum ſpiritum.

Tu rex glorie Chriſte.

Tu patris ſempiternus es filius.

Tu ad liberandum ſuſcepturus hominē, nō horruiſti virginis vterum.

Tu deuicto mortis aculeo: aperuiſti credentibus regna Celorum.

Tu ad dexteram Dei ſedes, in gloria Patris.

Iudex crederis eſſe venturus.

Te ergo queſumus tuis famulis ſubueni quos pretioſo Sanguine redemiſti.

Eterna fac cuz ſanctis tuis gloria munerari.

Saluum fac populum tuum domine: ⁊ benedic hereditati tue.

Et rege eos ⁊ extolle illos: vſque in eternū.

Per ſingulos dies: Benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in ſeculum: Et in ſeculum ſeculi.

Dignare domine die iſto: Sine peccato nos cuſtodire.

Miſerere noſtri domine: Miſerere noſtri.

Fiat miſericordia tua domine ſuper nos: Quemadmodum ſperauimus in te.

In te domine ſperaui: Non confundar i eternum.

Ale laude. Antifona.

Aue Maria gratia plena: dominus tecum, benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui Ieſus.

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuanduz me feſtina.

Gloria patri ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto.

Sicut erat. ⁊c.

Halleluia.

Da la prima Domenica de l'auuento in fine a Natale ſi dice la Antifona. Miſſus eſt.

Da Natale a la Purificatione. Antifona.

O admirabile commertium.

Da queſti tempi in poi ſi dice. Aſſumpta eſt. Sal:

Dominus regnauit decorem indutus

eſt: indutus eſt domi-
nus fortitudinez, ꝛ pre
cinxit ſe.
Etenim firmauit orbez
terre: qui non commo
uebitur.
Parata ſedes tua deus
ex tunc: a ſeculo tu es.
Eleuauerunt flumina
domine: eleuauerunt
flumina vocem ſuam.
Eleuauerunt flumina
fluctus ſuos: a vocibus
aquarum multarum.
Mirabiles elationes
maris: mirabilis in al-
tis dominus.
Teſtimonia tua credi
bilia facta ſunt nimis:
domuz tuã decet ſanc
titudo domine in lon-
gitudinem dierum.
Gloria patri ꝛ filio.
Per l'auuento. Ant:
Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Mariam Virginem deſponſatam Ioſeph.
Ant: Aue Maria. Per la
Purificatione. Ant:
O admirabile commertium creator generis humani animatũ corpus ſumens de Virgine naſci dignatus eſt, & procedens homo ſine ſemine largitus eſt nobis ſuam deitatem.
Ant: Quando natus eſt.
Per l'anno. Ant:
Aſſumpta eſt Maria in Cęlum gaudent Angeli, laudantes benedicunt dominum.
Ant: Maria virgo. Sal:
Iubilate Deo om
nis terra: ſeruite
domino in letitia.
Introite ĩ conſpectu
eius in exultatione.
Scitote quoniã domi
nus ipſe eſt Deus: ipſe
fecit nos, ꝛ nõ ipſi nos.
Populus eius ꝛ oues
paſcue eius: introite
portas eius in confeſ-
ſione: atria eius ĩ hym-
nis confitemini illi.
Laudate nomen eius
quoniam ſuauis eſt do
minus, in eternum mi-
ſericordia eius: ꝛ vſ-

quē in generatione ⁊ generationē veritas eius. Gloria patri.

Per l'auuento. Ant: Aue Maria gratia plena dominus tecum, benedicta tu in mulieribus Halleluia.

Ant: Ne timeas Maria. **Per la Purificatiōe. Ant:** Quando natus eſt ineffabiliter ex virgine, tunc implete ſunt ſcripture: ſicut pluuia in vellus deſcendiſti, vt ſaluum faceres genus humanum, te laudamus Deus noſter.

Ant: Rubū quē viderat Moyſes. **Per l'anno: Ant:** Maria virgo aſſumpta eſt ad ethereum thalamū, in quo rex regum ſtellato ſedet ſolio.

Ant: In odorem. **Sal:**

Deus deus meus: ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta, inuia, ⁊ inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam ⁊ gloriam tuam.

Quoniā melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: ⁊ ī nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe ⁊ pinguedine repleatur anima mea: ⁊ labijs exultationis laudabit os meū.

Sic memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuiſti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adheſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

Ipſi vero in vanū queſierunt animā meā, introibūt ī iferiora terre tradentur ī manus gladij, partes vulpiū erūt.

Rex vero letabitur in

Deo, laudabuntur om
nes qui iurant in eo:
quia obſtructũ eſt os
loquentiũ iniqua. Sal:

D Eus miſereatur
noſtri, & benedi-
cat nobis: illuminet
vultum ſuuz ſuper nos
& miſereatur noſtri.
Ut cognoſcamus i ter
ra viam tuam: in om-
nibus gentibus ſaluta-
re tuum.
Confiteantur tibi po
puli Deus: confitean
tur tibi populi omnes
Letentur & exultent
gentes quoniam iudi-
cas populos in equita
te: & gentes in terra
dirigis.
Confiteantur tibi po-
puli Deus: confitean-
tur tibi populi omnes
terra dedit fructũ ſuũ
Benedicat nos Deus
Deus noſter: benedi-
cat nos Deus, & metu-
ant eum omnes fines
terrę. Gloria patri.

Per l'auuento. Ant: Ne timeas Maria inueniſti gratiam apud dominũ ecce concipies, & paries filiũ halleluia.

Ant: Dabit ei dominus.

Per la Purificatione. Ant: Rubum quẽ viderat Moyſes incombuſtum, conſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem Dei genitrix intercede pro nobis. Ant: Germinauit radix Ieſſe.

Per l'anno. Ant: In odorem vnguentorum tuorum currimus: adoleſcentulę dilexerunt te nimis. Ant: Benedicta filia.

Il cantico de li tre Fanciulli.

B Enedicite omnia
opera domini do
mino: laudate & ſuper
exaltate euz in ſecula.
Benedicite Angeli do
mini domino: benedi
cite Celi domino.
Benedicite aque om-
nes que ſuper Celos
ſunt domino: benedi-

cite omnes virtutes
domini domino.
Benedicite ſol ⁊ luna
domino: benedicite
ſtelle celi domino.
Benedicite imber ⁊
ros domino: benedici
te omnes ſpiritus dei
domino.
Benedicite ignis ⁊ eſ-
tus domino: benedici
te frigus ⁊ eſtas dño.
Beñdicite rores ⁊ prui
na domino: beñdicite
gelu ⁊ frigus domino:
Benedicite glacies ⁊
niues domino: benedi
cite noctes ⁊ dies do-
mino.
Benedicite lux ⁊ tene-
bre domino: benedici-
te fulgura ⁊ nubes do-
mino.
Benedicat terra domi
nũ: laudet ⁊ ſuperexal
tet eum in ſecula.
Benedicite montes ⁊
colles domino: benedi
cite vniuerſa germinã-
tia in terra domino.
Benedicite fontes do
mino: benedicite ma
ria ⁊ flumina domino.
Benedicite cete ⁊ om-
nia que mouentur in a
quis domino: benedi
cite omnes volucres
celi domino.
Benedicite omnes be
ſtie ⁊ pecora domino:
benedicite filij homi-
num domino.
Benedicat Iſrael do-
minum: laudet ⁊ ſuper
exaltet eum in ſecula.
Benedicite Sacerdo-
tes domini domino:
benedicite ſerui domi
ni domino.
Benedicite ſpiritus ⁊
anime iuſtorum domi
no: benedicite Sanc-
ti ⁊ humiles corde do
mino.

Benedicite Anania Azaria, Miſael domino: laudate & ſuperexaltate euʒ in ſecula.

Benedicamus Patrē & Filium cum ſancto Spiritu: laudemus & ſuper exaltemus eum in ſecula.

Benedictus es domine in firmamento celi: & laudabilis & glorioſus & ſuperexaltatus in ſecula.

Per l'Auuento. Ant:

Dabit ei dominus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in ęternum.

Ant: Ecce ancilla Domini.

Per la Purificatione.

Ant: Germinauit radix Ieſſe: orta eſt ſtella ex Iacob, virgo peperit ſaluatorem: te laudamus Deus noſter.

Ant: Ecce Maria genuit

Per l'anno. Ant:

Benedicta filia tu a domino: quia per tę fructum vitę communicauimus.

Ant: Pulchra es. **Sal:**

Laudate dominuʒ de celis: laudate eum in excelſis.

Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum Sol & Luna: laudate euʒ omnes ſtellę & lumen.

Laudate eum cęli cęloruʒ: & aquę omnes quę ſuper celos ſunt, laudent nomen domini.

Quia ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt.

Stauit ea in eternum & in ſeculum ſeculi: preceptum poſuit & non preteribit.

Laudate dominuʒ de terra: dracones & omnes abyſſi.

Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: quę faciunt ver-

bum eius.
Montes ⁊ omnes col-
les: ligna fructifera ⁊
omnes cedri.
Beſtię ⁊ vniuerſa peco
ra: ſerpentes ⁊ volu-
cres pennate.
Reges terrę ⁊ omnes
populi: principes et
omnes iudices terrę.
Iuuenes ⁊ virgines ſe
nes cū iunioribus lau
dent nomen domini:
quia exaltatum eſt no-
men eius ſolius.
Confeſſio eius ſuper
celum ⁊ terram: ⁊ exal
tauit cornu populi ſui.
Hymnus omnibus ſan
ctis eius: filijs Iſrael,
populo appropinquā
ti ſibi. Sal:
Cantate domino
canticum nouum:
laus eius in Eccleſia
ſanctorum.
Letetur Iſrael in eo
qui fecit eum: ⁊ filie Si
on exultēt in rege ſuo.
Laudent nomen eius
in choro: in tympano
⁊ pſalterio pſallant ei.
Quia beneplacitū eſt
domino ī populo ſuo:
⁊ exaltabit manſue-
tos in ſalutem.
Exultabunt ſancti in
gloria: letabuntur in
cubilibus ſuis.
Exultationes Dei in
gutture eorum: ⁊ gla-
dij ancipites in mani-
bus eorum.
Ad faciendam vindic
tā in nationibus: incre
pationes in populis.
Ad alligandos reges
eorū in compedibus:
⁊ nobiles eorum in ma
nicis ferreis.
Ut faciant in eis iudi-
cium conſcriptū: glo
ria hęc eſt omnibus
ſanctis eius. Sal:

Laudate dominuz in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate euz ſecunduz multitudinē magnitudinis eius.
Laudate eum in ſono tube: laudate eum in pſalterio ⁊ cithara.
Laudate eum in tympano ⁊ choro: laudate eum in cordis ⁊ organo.
Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum.
Gloria patri ⁊ filio.

Per l'auuento. Ant:

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.

Per la purificatione. Ant: Ecce Maria genuit nobis Saluatorem, quem Ioannes videns exclamauit dicens: ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi Halleluia.

Per l'anno. Ant:

Pulchra es & decora filia Hieruſalem terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Per l'auuento. Cap:

Egredietur virga de radice Ieſſe: ⁊ flos de radice eius aſcendet: ⁊ requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini.
℟. Deo gratias.

Per l'anno. Cap:

Viderunt eam filię Sion: ⁊ beatiſſimā predicauerunt: ⁊ reginę laudauerunt eā.
℟. Deo gratias.

Hinno.

O Glorioſa domina
Excelſa ſuper ſydera.
Qui te creauit prouide:
Lactaſti ſacro vbere.

Quod Eua triſtis abſtulit:
Tu reddis almo germine:
Intrēt vraſtra flebiles
Celi feneſtra facta es.
Tu regis alti ianua
Et porta lucis fulgida
Uitam datam per virginem.
Gentes redemptę plaudite.
Gloria tibi domine ꝛc.
Uedi a carte .3. al fine de l'hinno Quē terra.
℣. Benedicta tu in mulieribus.
℟. Et benedictus fructus ventris tui.
Per l'auuento. Ant: Spiritus Sanctus. Per la Purificatione. Ant: Mirabile myſterium. Da la paſqua de la Reſurrettione infine a l'Aſcenſione ſi dice queſta. Antifona. Regina Celi. Per l'anno. Ant: Beata Dei genitrix.

Benedictus dominus Deus Iſrael: quia viſitauit, ꝛ fecit redemptionem plebis ſuę.
Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.
Sicut locutus eſt per os ſanctorum: qui a ſeculo ſunt Prophetarum eius.
Salutē ex inimicis noſtris: ꝛ de manu omnium qui oderunt nos.
Ad faciendam miſericordiam cū patribus noſtris: ꝛ memorari teſtamenti ſui ſancti.
Iuſiurandum quod iurauit ad Abraam patrem noſtrum: daturum ſe nobis.
Ut ſine timore, de manu inimicorum noſtrorum liberati: ſeruiamus illi.

In ſanctitate ⁊ iuſti-tia corã ipſo: omni-bus diebus noſtris.

Et tu puer Propheta altiſſimi vocaberis: preibis enim ante fa-ciem domini, parare vias eius.

Ad dandam ſcientiã ſalutis plebi eius: in re-miſſionem peccatorũ eorum.

Per viſcera miſericor-die Dei noſtri: in qui-bus viſitauit nos oriẽs ex alto.

Illuminare his qui in tenebris, ⁊ vmbra mor-tis ſedent: ad dirigen-dos pedes noſtros in viam pacis.

Gloria patri ⁊ filio.

Per l'auuento. Ant:

Spiritus ſanctus in te deſcendet Maria: ne timeas habebis in vtero filium Dei halleluia.

Per la Purificatione. Ant:

Mirabile myſterium declara-tur hodie, innouantur naturę, Deus homo factus eſt, id quod fuit permanſit, & quod non erat aſſumpſit non commixtionem paſ-ſus neque diuiſionem.

Da la paſqua de la Reſurrettione infine a l'Aſcẽſione ſi diceque ſta Antifona.

Regina Cęli lętare Halleluia: Quia quem meruiſti portare Halleluia: Reſurrexit ſicut dixit halleluia: Ora pro nobis Deũ Halleluia.

Per l'anno. Ant:

Beata Dei genitrix Maria virgo perpetua: templum domini, ſacrarium Spiritus ſancti: ſola ſine exemplo placuiſti domino noſtro Ieſu Chriſto: ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fęmineo ſexu.

Kyrie eleiſon: Chriſte eleiſon: Kyrie eleiſon.

℣. Domine exaudi ora-tionem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus. l'Oratione.

Deus qui de beatę Marię Virginis vtero verbum tuum

Angelo nuntiante carneʒ ſuſcipere voluiſti, preſta ſupplicibuſ tuiſ vt qui vere eaʒ genitricē Dei credimus: eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eundē Chriſtuʒ dominum noſtrum. Amen.

Per li Santi. Ant:

S ancti Dei omnes intercedere dignemini pro noſtra omniumque ſalute.

V. L etamini in domino & exultate iuſti.

R. E t gloriamini omnes recti corde,

Oremus. L'oratione.

P Rotege domine populum tuum ⁊ apoſtolorum tuorum Petri ⁊ Pauli ⁊ aliorū apoſtolorū patrocinio confidentē perpetua defenſione conſerua.

O Mnes Sancti tui queſumuſ domine nos vbique adiuuent: vt dum eorum merita recolimus patrocinia ſentiamus.

D A pacem tuaʒ noſtris concede temporibus ⁊ ab Eccleſia tua cunctaʒ repelle nequitiam: iter, actus, ⁊ voluntates noſtras, ⁊ omniū famuloruʒ tuorum in ſalutis tuę proſperitate diſpone: benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribue ⁊ omnibus fidelibus defunctis requieʒ eternā concede. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. R. Amen.

V. D omine exaudi orationem meam.

R. E t clamor meus ad te veniat.

V. B enedicamus domino,

R. D eo gratias.

Da la Domenica prima de l'auuento infine a la vigilia de la Natiuita ſi dice queſte orationi.

Oremus. L'oratione.

Deus qui de beatę Marię Virginis vtero, verbum tuum Angelo nunciante carnem ſuſcipere voluiſti preſta ſupplicibus tuis, vt qui vere eam genitricem Dei credimus: eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eundẽ chriſtũ dominũ noſtrũ. Amen

Per li Santi Ant:

Ecce dominus veniet & omnes ſancti eius cum eo, & erit in die illa lux magna halleluia

℣. Ecce apparebit dominus ſuper nubem candidam. ℟. Et cũ eo ſanctorũ millia.

Oremus. L'oratione.

Conſcientias noſtras queſumus domine viſitando purifica: vt veniens Jeſus Chriſtus filius tuus dominus noſter cũ omnibus ſanctis, paratã ſibi ĩ nobis ĩueniat mãſionẽ. Qui tecũ viuit & regnat ĩ vnitate ſpiritus ſancti deus per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Da la Natiuita del Signore in fine a la Purificatione ſi dicono queſte orationi.

Oremus. L'oratione.

Deus qui ſalutis eternę Beatę Marię virginitate fecunda humano generi premia preſtitiſti, tribue queſumus, vt ipſã pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vite ſuſcipere. Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat

in vnitate ſpiritus ſancti Deus per omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amẽ.

Per li Santi. Ant:

Sancti Dei omnes intercedere dignemini pro noſtra omniumque ſalute.

℣. Letamini in domino & exultate iuſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oremus. L'oratione.

Protege domine populum tuum, et apoſtolorum tuorum Petri et Pauli et aliorum apoſtolorum patrocinio confidentem perpetua defenſione conſerua.

Omnes Sancti tui queſumus domine nos vbique adiuuent: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus.

Et pacem tuaz noſtris concede temporibus et ab Eccleſia tua cunctaz repelle nequitiam: iter, actus, et voluntates noſtras, et omniũ famulorũ tuorum in ſalutis tue proſperitate diſpone: benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribue, et omnibus fidelibus defunctis requiez eternã concede. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus domino.

℟. Deo gratias.

A prima: Il verſo.

Aue Maria gratia plena dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Ieſus.

Deus in adiu-
torium meum
intende.
Domine ad
adiuuandū me feſtina.
Gloria patri ⁊c.
Halleluia.
Et nel tempo come ſe
detto a carte .2. ſi dice.
Laus tibi domine ⁊c̄, ⁊ coſi ſi
oſſerua per tutte l'ho-
re. L'hinno.

Memento ſalutis au
thor,
Quod noſtri quondā
corporis
Ex illibata virgine
Naſcendo formā ſump
ſeris.
Maria mater gratię:
Mater miſericordię.
Tu nos ab hoſte pro-
tege:
Et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi domine ⁊c.
Vedi a carte .3. al fine
de la Quem terra.

Per l'auuento. Ant:
Miſſus eſt. Da Natale a la
Purificatione. Ant:
O admirabile commertium.
Per gl'altri tempi.
Ant: Aſſumpta eſt. Sal:

Deus ī nomine tuo
ſaluum me fac: ⁊ in
virtute tua iudica me.
Deus exaudi oratio-
nē meā: auribus per
cipe verba oris mei.
Quoniam alieni inſur-
rexerunt aduerſū me,
⁊ fortes queſierunt ani
mam meam: ⁊ non pro
poſuerunt Deum ante
conſpectum ſuum.
Ecce enim Deus adiu
uat me: ⁊ dominus ſu-
ſceptor eſt anime mee.
Auerte mala inimicis
meis: ⁊ in veritate tua
diſperde illos.
Voluntarie ſacrifica-
bo tibi: ⁊ confitebor
nomini tuo domine:
quoniam

quoniam bonum eſt.
Quoniā ex omni tribu
latione eripuiſti me: ⁊
ſuper inimicos meos
deſpexit oculus meus.
Gloria patri. Sal:
Benedixiſti domine
terram tuam: auerti
ſti captiuitatē Jacob.
Remiſiſti iniquitatem
plebis tue: operuiſti
omnia peccata eorum.
Mitigaſti omnem iram
tuam: auertiſti ab ira in
dignationis tue.
Conuerte nos Deus
ſalutaris noſter: ⁊ auer
te iram tuam a nobis.
Nunquid in eternum
iraſceris nobis: aut ex
tendes iram tuā a gene
ratione i generationē:
Deus tu conuerſus vi
uificabis nos: ⁊ plebs
tua letabitur in te.
Oſtende nobis domi
ne miſericordiam tuā:
⁊ ſalutare tuum da nō
bis.
Audiam quid loqua
tur i me dominus De
us: quoniam loquetur
pacem in plebem ſuam.
Et ſuper ſanctos ſuos:
⁊ in eos qui conuertun
tur ad cor:
Veruntamen prope ti
mentes eum ſalutare
ipſius: vt inhabitet
gloria in terra noſtra.
Miſericordia ⁊ veritas
obuiauerunt ſibi: iuſti
cia ⁊ pax oſculate ſūt
Veritas de terra orta
eſt: ⁊ iuſtitia de celo
proſpexit.
Etenim dominus da
bit benignitatem: ⁊ ter
ra noſtra dabit fruc
tum ſuum.
Iuſtitia ante eum am
bulabit: ⁊ ponet in via
greſſus ſuos.
Gloria patri. Sal:

Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: ⁊ veritas domini manet in eternum.

Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto,

Per l'auuento. Ant:

Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Mariam virginẽ deſponſatã Ioſeph.

Per la Purificatione. Ant:

O admirabile commercium, creator generis humani animatum corpus ſumens de Virgine naſci dignatus eſt, & procedens homo ſine ſemine largitus eſt nobis ſuam deitatem,

Per l'anno. Ant:

Aſſumpta eſt Maria in Celum, gaudent Angeli, laudantes benedicunt dominum,

Per l'auuento: Cap:

Ecce virgo concipiet, ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomen eius Emanuel; butyrum ⁊ mel comedet, vt ſciat reprobare malum, ⁊ eligere bonum. ℟. Deogratias.

Per gl'altri tempi, cioe che queſto capitolo.

Que eſt iſta que. ⁊c.

e comune a li due tempi fuor de l'auuento, ⁊ coſi oſſeruarai ne l'altre hore, che il capitolo, quale non ſi dice per l'auuento, ſi dice per l'anno, ⁊ da la Natiuita, a la Purificatione. Capitolo.

Que eſt iſta que progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata. ℟. Deogratias.

℣. Dignare me laudare te virgo ſacrata.

℟. Da mihi virtutẽ contra hoſtes tuos.

Kyrie eleiſon: Chriſte eleiſon: Kyrie eleiſon.
℣. Domine exa. &c̄. ℟. Et clamor &c̄.
Oremus. L'oratione.

Deus qui virginalem aulam Beate Marie virginis in qua habitares eligere dignatus es: da queſumus: vt ſua nos defenſione munitos, iocundos ſue faciat intereſſe commemorationi: Qui viuis ⁊ regnas in ſecula ſeculorum.
℟. Amen.

Per li Sancti. Ant.
Sancti Dei omnes intercedere dignemini pro noſtra omniumque ſalute.
℣. Letamini in domino & exultate iuſti.
℟. Et gloriamini omnes recti corde.
Oremus. L'oratione.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, ⁊ Apoſtolorum tuorum Petri ⁊ Pauli, ⁊ aliorum Apoſtolorum nos tuere preſidijs, quorum donaſti fideles eſſe doctrinis.
Omnes ſancti tui. ⁊c.

Per l'auuento.
Kyrie eleiſon. ⁊c.
℣. Domine exaudi. &c̄.
Oremus. L'oratione.
Deus qui de beate ⁊c.

Per li Santi. Ant.
Ecce dominus veniet. &c̄.
℣. Ecce apparebit. &c̄.
Conſcientias. ⁊c.
℣. Domine exaudi. &c̄.

Per la Purificatione.
Kyrie eleiſon. ⁊c.
Oremus. L'oratione.
Deus qui ſalutis. ⁊c.

Per li Santi. Ant.
Sancti Dei omnes &c̄. ℣. Letamini &c̄.
Oremus. L'oratione.
Exaudi nos Deus ⁊c.

Come di ſopra.
Omnes ſancti tui. ⁊c.
Et pacem tuam. ⁊c.
Vedi a carte .5. doppo le laude.

A terza. Il verſo.

Aue Maria gratia plena dominus tecum, benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui Ieſus.

D Eus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandū me feſtina.

Gloria patri. ⁊c.

Halleluia. L'hinno

Memento ſalutis. ⁊c.

Vedi a prima a carte. 16.

Per l'auuento. Ant: Aue Maria.

Per la Purificatione. Ant: Quando natus es.

Per l'anno. Ant: Maria virgo.

Sal: AD dominuz quuz tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me.

Domine libera animã meam a labijs iniquis: ⁊ a lingua doloſa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam?

Sagitte potentis acute: cum carbonibus deſolatorijs.

Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cuz habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem eraz pacificus: quuz loquebar illis impugnabant me gratis.

Gloria patri. Sal:

L Euaui oculos meos in mõtes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino: qui fecit Celum ⁊ terram.

Non det in commotionē pedē tuū: neque dormiet qui cuſtodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet: qui cuſtodit Iſrael.

Dominus cuſtodit te: dominus protectio tua, ſuper manuz dexteram tuam.
Per diez Sol nõ vret te: neque Luna per noctem.
Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam dominus.
Dominus cuſtodiat introitũ tuuz ⁊ exituz tuum: ex hoc nunc ⁊ vſque in ſeculum.
Gloria patri.
Letatus ſum in his que dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus.
Stantes erat pedes noſtri: in atrijs tuis Hieruſalem.
Hieruſalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.
Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus domini: teſtimonium Iſrael, ad confitendũ nomini domini.
Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſuper domum David.
Rogate que ad pacez ſunt Hieruſalẽ: ⁊ abundantia diligẽtibuz te.
Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos ⁊ proximos meos: loquebar pacez de te.
Propter domum domini Dei noſtri: queſiui bona tibi.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto.
Per l'auuento. Ant:
Aue Maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Per la Purificatione. Ant:

Quando natus es ineffabiliter ex virgine: tunc implete ſunt ſcripture: ſicut pluuia in vellus deſcendiſti, vt ſaluum faceres genus humanum, te laudamus Deus noſter.

Per l'anno.

Maria virgo Aſſumpta eſt ad ethereum thalamũ, in quo rex regum ſtellato ſedet ſolio.

Per l'auuento. Cap:

Egredietur virga de radice Ieſſe: ⁊ flos de radice eius aſcẽdet, ⁊ requieſcet ſuper eum ſpiritus domini.

℟. Deo gratias.

Per gl'altri tempi.

Capitolo.

Et ſic in Sion firmata ſum: ⁊ in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: ⁊ in Hieruſalem poteſtas mea. ℟. Deo gratias

℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus i eternũ.

Kyrie eleiſon: Chriſte eleiſon: Kyrie eleiſon.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus. L'oratione.

Deus qui ſalutis eterne beate Marie virginitate fecunda humano generi premia preſtitiſti: tribue queſumus vt ipſã pro nobis intercedere ſentiamus, per quã meruimus auctorem vite ſuſcipere. Dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum filiũ tuum, Qui tecũ.

℟. Amen.

Per li Santi. Ant:

Sancti Dei omnes. & c̃.

℣. Letamini in domino. & c̃.

Oremus. L'oratione.

Protege domine populum tuum. ⁊c. *is*

Omnes ſancti tui. ⁊c. *is*

Et pacem tuam noſtris concede. ⁊c. *is*

℣. Domine exaudi. & c̃.

℣. Benedicamus. & c̃.

Per l'auuento.
Kyrie eleiſon. ⁊c.
Oremus. L'oratione.
Deus qui de beate Ma
rie virginis vtero ⁊c. 15
Per li Santi. Ant:
Ecce dominus veniet, &c.
℣. Ecce apparebit dominus, &c.
Oremus. L'oratione.
Conſcientias noſtras
queſumus domine ⁊c. 15
℣. Domine exaudi, &c.
Da Natale a la Puri
ficatione.
Kyrie eleiſon. ⁊c.
Oremus. L'oratione.
Deus qui ſalutis. ⁊c. 15
Per li Santi. Ant:
Sancti Dei omnes. &c.
℣. Letamini in domino. &c.
Oremus. L'oratione.
Protege domine. ⁊c. 16
Omnes ſancti tui. ⁊c. 15
Et pacem tuam. ⁊c. 15
℣. Domine exaudi. &c.
Vedi di queſte orationi
a carte 15. dopo le laude

A ſeſta. Il verſo.
Aue Maria gratia plena dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Ieſus.
Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri, ⁊ filio.
Alleluia. L'hinno.
Memento ſalutis author. ⁊c. 15
Gloria tibi domi: ⁊c:
Vedi a prima a carte 16.
Per l'auuento: Ant:
Ne timeas Maria.
Per la Purificatione. Ant:
Rubum que viderat Moyſes.
Per l'anno: Ant:
In odorem. Sal:
Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.
Ecce ſicut oculi ſeruorum: in manibus dominorum ſuorum.

Sicut oculi Ancille in manibus domine ſue: ita oculi noſtri ad dominū Deū noſtrū, donec miſereatur noſtri. Miſerere noſtri domine miſerere noſtri: quia multū repleti ſumus deſpectione. Quia multum repleta eſt anima noſtra: opprobriū abundātibus ⁊ deſpectio ſuperbis. Gloria patri ⁊c. Sal:

Niſi quia dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael: niſi quia dominus erat in nobis. Quum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutiſſent nos. Quum iraſceretur furor eorum in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos. Torrentem pertranſiuit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquā intolerabilem. Benedictus dominus: qui nō dedit nos ī captionē dentibus eorum. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium. Laqueus cōtritus eſt: ⁊ nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum ī nomine domini: qui fecit Celum ⁊ terram. Gloria patri ⁊c. Sal:

Qui confidunt ī domino ſicut mons Sion: non commouebitur in eternū, qui habitat in Hieruſalem. Montes ī circuitu eius: ⁊ dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc ⁊ vſque in ſeculum. Quia nō relinquet dominus virgam pecca

torum ſuper ſortem iuſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

Benefac domine: bonis ⁊ rectis corde.

Declinantes autem in obligationes, adducet dominus cum operantibus iniquitatem: pax ſuper Iſrael.

Gloria patri ⁊ filio ⁊c.

Per l'auuento. Ant:

Ne timeas Maria inueniſti gratiam apud dominum, ecce concipies & paries filium, Halleluia.

Per la Purificatione. Ant:

Rubum qué viderat Moiſes incombuſtum, conſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitaté Dei genitrix intercede pro nobis.

Per l'anno. Ant:

In odorem vnguentorum tuorú currimus, adoleſcentulę dilexerunt te nimis.

Per l'auuento. Cap:

Dabit ei dominus Deus ſedem Dauid patris eius: ⁊ regnabit i domo Iacob in eternuꝫ, ⁊ regni eius non erit finis. ℟. Deo gratias.

Per gl'altri tempi.

Capitolo.

Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes Dei mei hereditas illius, ⁊ in plenitudine ſanctoruꝫ detentio mea. ℟. Deo gratias.

℣. Benedicta tu in mulieribus.

℟. Et benedictus fructus ventris tui.

Kyrie eleiſon: Chriſte eleiſon: Kyrie eleiſon.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus. **L'oratione.**

Concede miſericors Deus fragilitati noſtre preſidiuꝫ: vt qui ſancte Dei genitricis memoriam agimus: interceſſionis eius auxilio a noſtris

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

iniquitatibus reſurgamus. Per eundē Chriſtuz dominuz noſtruz.
℟. Amen.

Per li Santi. Ant:

Sancti Dei omnes, &c̃.

℣. Letamini in domino. &c̃.

Oremus. L'oratione.

Exaudi nos Deus &c. 16

Vedi a prima a carte. 18

Omnes ſancti. &c. 16

Et pacem tuam. &c. 16

℣. Domine exaudi. &c̃.

℣. Benedicamus. &c̃.

Per l'auuento.

Kyrie eleiſon. &c.

℣. Domine exaudi. &c̃.

Oremus. L'oratione.

Deus qui de beate &c. 15

Per li Santi. Ant:

Rogate que ad pacẽ ſunt Hieruſalẽ: ⁊ abundantia diligẽtibus te.

Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos ⁊ proximos meos: loquebar pacẽ de te.

Propter domum domini Dei noſtri: queſiui bona tibi.

Ant. Deus meus. &c.

℣. Auertantur retrorſum, & erubeſcant.

℟. Qui cogitant mihi mala.

Detto il verſetto ſi dice Pater noſter.

Tutto ſecreto.

Il qual ditto, quel ch'a da cantare la lettione incomincia. Lect. i.

Incipit lamentatio Hieremie prophete.

Aleph. Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo: facta eſt quaſi vidua domina gentiũ: princeps prouinciarũ facta eſt ſub tributo.

Beth. Plorans plorauit in nocte: ⁊ lachrymę eius i maxillis eius. Nõ eſt qui conſoletur eam, ex omnibus charis eius. Omnes amici eius ſpreuerunt eã: ⁊ facti ſunt ei inimici.

Gimel. Migrauit Iudas propter affliction-

niem, ⁊ multitudinem ſeruitutis. Habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias.

Daleth. Vie Sion lugent, eo quod non ſint qui veniant ad ſolemnitatem. Omnes porte eius deſtructe, ſacerdotes eius gementes. Virgines eius ſqualide, ⁊ ipſa oppreſſa amaritudine.

He. Facti ſunt hoſteſ eius in capite, inimici eius locupletati ſunt: quia dominus locutus eſt ſuper eam propter multitudineʒ iniquitatuʒ eius. Paruuli eiuſ ducti ſunt in captiuitatem ante faciem tribulantiſ. Hieruſaleʒ Hieruſaleʒ, conuertere ad dominuʒ Deum tuuʒ.

℟. In monte oliueti oraui ad patrem; Pater ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma, fiat voluntas tua. ℣. Vigilate & orate vt non intretis in tentationem. ℟. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma; fiat voluntas tua.

Lectione. 2 Vau.

Et egreſſus eſt a filia Sion omniſ decor eius. Facti ſunt principes eius velut arieteſ nō inuenienteſ paſcua: ⁊ abierunt abſque fortitudine ante faciē ſubſequentis.

Zain. Recordata eſt Hieruſalem dierum afflictionis ſue ⁊ preuaricationis omnium deſiderabilium ſuorum: que habuerat a diebus antiquis, quum caderet populus eius in manu hoſtili, ⁊ non eſſet auxiliator. Vide

runt eam hoſtes, ⁊ deriſerunt ſabbata eius.

Verb. Peccatum peccauit Hieruſalez, propterea inſtabilis facta eſt. Omnes qui glorificabant eam, ſpreuerunt illam: quia viderunt ignominiam eius. Ipſa autem gemens, ⁊ conuerſa eſt retrorſum.

Teth. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui. Depoſita eſt vehemēter, non habens conſolatorem. Vide domine afflictionem meam quoniam erectus eſt inimicus. Hieruſalem Hieruſalē conuertere ad dominuz Deū tuū:

℟. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortē, ſuſtinete hic & vigilate mecum: nunc videbitis turbam, que circundabit me. Vos fugam capietis, & ego vadam immolari pro vobis. ℣. Ecce appropinquat hora & filius hominis tradetur in manus peccatorum. ℟. Vos fugam capietis: & ego vadam immolari pro vobis.

Lettione. 3 Iod.

Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius; quia vidit gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum, de quibus preceperas ne intrarent in Eccleſiam tuam.

Caph. Omnis populus eius gemens, ⁊ querens panem. Dederunt pretioſa queque pro cibo, ad refocillandā animam. Vide domine, ⁊ conſidera, quoniam facta ſum vilis.

Lamed. O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite, ⁊ videte ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. Quoniā vindemiauit me, vt lo

cutus eſt dominus in die furoris ſui.

Mem: De excelſo miſit ignē in oſſibus meis ꝛ erudiuit me. Expandit rete pedibus meis: conuertit me retrorſum. Poſuit me deſolatam, tota die merore confectam.

Nun. Uigilauit iuguʒ iniquitatum mearum in manu eius: conuolute ſunt, ꝛ impoſite collo meo. Infirmata eſt virtus mea: dedit me dominus in manu, de qua non potero ſurgere. Hieruſaleʒ Hieruſaleʒ conuertere ad dominuʒ Deuʒ tuuʒ.

℟. Ecce vidimus eum non habentem ſpeciem, neque decorem: aſpectus eius in eo non eſt, hic peccata noſtra portauit, & pro nobis dolens: ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. Cuius liuore ſanati ſumus. ℣. Uere languores noſtros: ipſe tulit: & dolores noſtros ipſe portauit. ℟. Cuius liuore ſanati ſumus.

Si ridice da capo il ℟. Ecce vidimus &c. tutto infine al ℣ Uere languores. &c.

Il 2 notturno. Ant: Liberauit dominus pauperem a potente, & inopem, cui non erat adiutor. Sal:

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.

Ecce ſicut oculi ſeruorum: in manibus dominorum ſuorum.

Sicut oculi Ancille in manibus domine ſue: ita oculi noſtri ad dominũ Deuʒ noſtrũ, donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri domine miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione.

Quia multum repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus, ꝛ deſpectio ſu-

perbis. Ant: Liberauit. &c. Ant: Cogitauerunt impii & locuti ſunt nequitiam iniquitatem in excelſo locuti ſunt. Psal:

Niſi quia dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael: niſi quia dominus erat in nobis.

Quum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutiſſent nos.

Quum iraſceretur furor eorum in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertranſiuit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.

Benedictus dominus: qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium.

Laqueus cōtritus eſt: ⁊ nos liberati ſumus.

Adiutorium noſtrum ī nomine domini: qui fecit Celum ⁊ terraz.

Ant: Cogitauerunt. &c. Ant: Exurge domine, & iudicā cauſam meam.

Qui confidunt ī domino ſicut mons Sion: non commouebitur in eternū, qui habitat in Hieruſalem.

Montes ī circuitu eius: ⁊ dominus in circuitu populi ſui ex hoc nunc ⁊ vſque in ſeculum.

Quia non relinquet dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

Benefac domine: bonis ⁊ rectis corde.

Declinantes autem in obligationes, adducet

dominus cum operan
tibus iniquitatez: pax
ſuper Iſrael. Ant:
Exurge domine &c̄. V.
Deus meus eripe me de manu peccatoris.
R. Et de manu contra legem agentis,
& iniqui.

Ex tractatu ſancti Au
guſtini epiſcopi ſuper
Pſalmos. Lect. 4

Exaudi Deus ora/
tionem meam, ⁊
ne deſpexeris depreca
tionem meam: inten/
de mihi, ⁊ exaudi me.
Satagentis ſoliciti, in
tribulatione poſiti,
verba ſunt iſta. Orat
multa patiens, de ma
lo liberari deſiderans.
Supereſt vt audia/
mus in quo malo ſit:
vt quum dicere cepe/
rit, agnoſcamus nos
ibi eſſe: vt communi/
cata tribulatione con
iungamus orationem.
Contriſtatus ſum, in/
quit, in exercitatione
mea: ⁊ conturbatus
ſum. Ubi contriſta/
tus? Ubi conturba/
tus? In exercitatio/
ne mea inquit. Homi
nes malos quos patitur
commemoratus eſt.
Eandemque paſſionē
malorum hominum:
exercitationem ſuam
dixit: Ne puteris gra
tis eſſe malos in hoc
mundo: ⁊ nihil boni
de illis agere Deum.
Omnis malus aut ideo
viuit, vt corrigatur:
aut ideo viuit, vt per
cū bonus exerceatur.

R. Amicus meus oſculi me tradidit ſigno: quem oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum: hoc malum fecit ſignum: qui per oſculum adimpleuit homicidium, Infelix pretermiſit precium ſanguinis: & in fine laqueo ſe ſuſpendit. V. Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. R.

Infelix pretermiſit precium ſanguinis : & in fine laqueo ſe ſuſpendit :

Lectione. 5

VTinam ergo qui nos modo exercent, conuertantur : ⁊ nobiſcũ exerceantur. Tamen quamdiu ita ſunt, vt exerceant nos, non eos oderimus. Quia in eo quod malus, eſt quis eorum : vtrũ vſque ad finẽ perſeueraturus ſit, ignoramus. Et plerunque quum tibi videris odiſſe inimicum : fratrem odiſti, ⁊ neſcis. Diabolus ⁊ Angeli eius, in ſcripturis ſanctis, manifeſtati ſunt nobis quod ad ignẽ eternum ſunt deſtinati. Ipſorum tantum deſperanda eſt correctio : contra quos habemus occultam luctam. Ad quam luctam armat nos Apoſtolus dicens, nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, ⁊ ſanguinem : ideſt aduerſus homines quos videtis : ſed aduerſus principes, ⁊ poteſtates, ⁊ rectores mundi tenebrarum harum.

℟. Iudas mercator peſſimus oſculum petiit a domino : ille vt agnus innocens non negauit Iudę oſculum : Denariorum numero Chriſtum Iudęis tradidit. ℣. Melius illi fuerat ſi natus non fuiſſet. ℟. Denariorum numero Chriſtum Iudęis tradidit.

Lectione. 6

NE forte quum dixiſſet, mundi, intelligeres demones eſſe rectores Celi ⁊ Terre : mundi, dixit, tenebrarum harum : mundi dixit, amatorũ mundi : mundi dixit, impiorum ⁊ iniquorum : mundi dixit, de quo in euan-

gelio dicitur: Et mundus eum non cognouit si eum mundus non cognouit, lucem: que in tenebris lucet: ⁊ tenebre eam non comprehenderunt: ⁊ ipſe tenebre, que non comprehenderunt lucem preſentem, mundi nomine apellantur. Harum tenebrarum ſunt illi rectores. De ipſis ergo rectoribus habemus determinatam ſcripture ſententiam: quod omnino inde reditus alicuius eorum ſperandus nõ eſt. At vero de ipſis tenebris quarum illi rectores ſunt non ſumus exorti: ne forte que erant tenebre fiant lux.

℟. Unus ex Diſcipulis meis tradet me hodie, veh illi per quem tradar ego. Melius illi erat, ſi natus non fuiſſe. ℣. Qui intingit mecum manum i paropſide hic me traditurus eſt, in manus peccatorum. ℟. Melius illi erat, ſi natus non fuiſſet. Et il ℟. Unus ex. &c. ſi ridice tutto inſino al ℣. Qui intingit.

Il 3 notturno: Ant: Dixi iniquis, nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem. Sal:

Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me.

Miſerere mei domine: quoniam infirmus ſum: ſana me domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu domine vſque quo?

Conuertere domine, ⁊ eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit.

tui: in inferno autem
quis cõfitebitur tibi?
Laboraui in gemitu
meo, lauabo per ſin:
gulas noctes lectum
meuꝫ: lachrymis meis
ſtratum meuꝫ rigabo.
Turbatus eſt a furore
oculus meus: inuete-
raui inter omnes ini-
micos meos.
Diſcedite a me omnes
qui operamini iniqui-
tatem: quoniam exau
diuit dominus vocem
fletus mei.
Exaudiuit dominus
deprecationeꝫ meaꝫ:
dominus orationem
meam ſuſcepit.
Erubeſcant, ⁊ contur-
bentur vehementer
omnes inimici mei:
conuertantur ⁊ erube
ſcant valde velociter.
Ant: Dixi iniquis, &c. Ant:
Terra tremuit, & quieuit, dum exurgeret
in iudicio Deus. Psal:

Beati, quorum re-
miſſe ſunt iniqui-
tates: ⁊ quorum tecta
ſunt peccata.
Beatus vir, cui non im
putauit dominus pec-
catum: nec eſt in ſpi-
ritu eius dolus.
Quoniam tacui, inue-
terauerunt oſſa mea:
duꝫ clamarẽ tota die.
Quoniam die ac nocte
grauata eſt ſuper me
manus tua: conuerſus
ſum in erumna mea, dũ
configitur ſpina.
Delictum meum co-
gnitum tibi feci: ⁊ in-
iuſtitiaꝫ meam non ab
ſcondi.
Dixi, confitebor ad-
uerſum me iniuſtitiam
meam domino: ⁊ tu
remiſiſti impietatem
peccati mei.
Pro hac orabit ad te

omnis ſanctus,in tem
poꝛe oppoꝛtuno .
V eruntamen ĩ diluuio
aquarum multarum ;
ad eum non appꝛoxi‑
mabunt .
T u es refugium meuꝫ
a tribulatione que cir‑
cundedit me : exulta‑
tio mea erue me a cir‑
cundantibus me .
I ntellectuꝫ tibi dabo,
⁊ in inſtruam te in via
hac qua gradieris : fir
mabo ſuper te oculos
meos .
N olite fieri ſicut equ‑
us ⁊ mulus:quibus nõ
eſt intellectus .
I n camo ⁊ freno ma‑
xillas eoꝛum conſtrin
ge,qui non appꝛoxi‑
mant ad te .
M ulta flagella pecca‑
toꝛis ; ſperantem au‑
tem in domino miſe‑
ricoꝛdia circundabit .

L etamini in domino
⁊ exultate iuſti : ⁊ glo‑
riamini omnes recti
coꝛde . Ant.
T erra tremuit. &c. Ant.
I n die tribulationis mee , Deum exquiſiui
manibus meis . Pſal.
D Omine ne in furo
re tuo arguas me:
neque in ira tua coꝛri‑
pias me .
Q uoniam ſagitte tue
infixe ſunt mihi: ⁊ con
firmaſti ſuper me ma‑
num tuam .
N on eſt ſanitas in car‑
ne mea a facie ire tue :
non eſt pax oſſibus
meis a facie peccato‑
rum meoꝛum .
Q uoniam iniquitates
mee ſupergreſſe ſunt
caput meum : ⁊ ſicut
onus graue grauate
ſunt ſuper me .
P utruerũt ⁊ coꝛrupte
ſunt cicatrices mee.

a facie inſipientie mee
Miſer factus ſum ⁊ cur
uatus ſum vſque in fi
nem: tota die contri
ſtatus in grediebar.
Quoniam lumbi mei
impleti ſunt illuſioni
bus: ⁊ non eſt ſanitas
in carne mea.
Afflictus ſum ⁊ humi
liatus ſum nimis: ru
giebam a gemitu cor
dis mei.
Domine ante te omne
deſiderium meum: ⁊
gemitus meus a te non
eſt abſconditus.
Cor meum conturba
tum eſt, dereliquit me
virtus mea: ⁊ lumen
oculorum meorum, ⁊
ipſum non eſt mecum.
Amici mei ⁊ proximi
mei: aduerſum me ap
propinquauerunt: ⁊
ſteterunt:
Et qui iuxta me erant
de longe ſteterunt: ⁊
vim faciebant, qui que
rebant animas meas.
Et qui inquirebãt ma
la mihi, locuti ſunt va
nitates: ⁊ dolos tota
die meditabantur.
Ego autem tanquam
ſurdus, non audiebas:
⁊ ſicut mutus non ape
ries os ſuum.
Et factus ſus ſicut ho
mo non audiens: ⁊ nõ
habens in ore ſuo re
dargutiones.
Quoniam in te domi
ne ſperaui: tu exau
dies me domine Deus
meus.
Quia dixi, nequando
ſuper gaudeant mihi
inimici mei: ⁊ dũ com
mouentur pedes mei.
ſuper me magna locu
ti ſunt.
Quonias ego in flagel
la paratus ſum: ⁊ do
lor meus

lor meus in conſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatē meam annunciabo: ⁊ cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuunt, ⁊ confirmati ſunt ſuper me: ⁊ multiplicati ſunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, ⁊ detrahebant mihi: quoniā ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me domine Deus meus: ne diſceſſeris a me.

Intende in adiutoriū meum: domine Deus ſalutis mee. Ant:

In die tribulationis. &c.

℣. Exurge domine.

℟. Et iudica cauſam meam.

Pater noſter. ⁊c. Ca. ⁊.

De epiſtola beati Pauli ad corinthios.

Conuenientibus ergo vobis in vnū, iā nō eſt dominicā cenā māducare. Unuſquiſque eni ſuā cenā preſumit ad manducandū. Et alius quidē eſurit: alius autē ebrius eſt. Nunquid domos nō habetis ad manducandū ⁊ bibendū? Aut eccleſiā Dei contemnitis, ⁊ confunditis eos, qui nō habent. Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc nō laudo. Ego enī accepi a domino, quod ⁊ tradidi vobis: quoniā dominus Jeſus in qua nocte tradebatur, accepit panē: ⁊ gratias agens fregit, ⁊ dixit, Accipite, ⁊ manducate: hoc eſt corpus meū quod pro vobis tradetur: hoc facite ī meā cōmemoratione.

℞. Eram quaſi agnus innocens: ductus ſum ad immolandum, & neſciebam. conſilium fecerunt inimici mei aduerſum me dicentes. Venite mittamus lignum in panem eius: & eradamus eum de terra viuentium. ℣. Omnes inimici mei aduerſum me cogitabant mala mihi, verbum iniquũ mandauerunt aduerſum me dicentes. ℞. Venite mittamus lignum in panem eius: & eradamus eum de terra viuentium.

Lettione. 8

Similiter ⁊ calicez, poſt quaz cenauit, dicens: Hic calix nouũ teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite, quotieſcunque biberis, in mei commemorationem. Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, ⁊ calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis, donec, veniat. Itaque quicunque mãducauerit panem ⁊ biberit calicem domini indigne, reus erit corporis ⁊ ſaguinis domini. Probet autem ſeipſum homo: ⁊ ſic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. Qui enim manducat ⁊ bibit indigne: iudiciuz ſibi manducat ⁊ bibit non dijudicans corpus domini Ideo iter vos multi infirmi ⁊ ĩbecilles: ⁊ dormiunt multi. Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus: non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autẽ a domino corripimur: vt non cũ hoc mũdo damnemur. Itaque fratres mei cõuenientibus vobis ad mãducandũ inuicez expectate. Siquis eſurit domi manducet: vt non in iudicium conueniatis. Cetera autez quuz venero diſponam.

℟. Una hora non potuiſtis vigilare mecum: qui exhortabamini mori pro me. Vel Iudam non videtis quomodo non dormit: ſed feſtinat tradere me Iudeis. ℣. Quid dormitis? ſurgite, & orate, ne intretis in tentationem. ℟. Vel Iudam non videtis quomodo non dormit ſed feſtinat tradere me Iudeis. Lett: 9.

De ſpiritualibus autem nolo vos ignorare fratres. Scitis quoniam quum gentes eſſetis: ad ſimulachra muta prout ducebamini, euntes. Ideo notum vobis facio: quod nemo in ſpiritu Dei loquens, dicit, anathema Jeſum. Et nemo poteſt dicere dominus Jeſus, niſi in ſpiritu ſancto. Diuiſiones vero gratiarum ſunt: idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt: idem autem dominus. Et diuiſiones operationum ſunt: idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem.

℟. Seniores populi conſilium fecerunt. Vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent: cum gladiis & fuſtibus exierunt tanquam ad latronem. ℣. Collegerunt Pontifices & Phariſei conſilium. ℟. Ut Ieſum dolo tenerent, & occiderent: cum gladiis & fuſtibus exierunt, tanquam ad latronem.

Il ℟. Seniores populi. &c. ſi ricomincia & diceſi in fino al ℣ Collegerunt.

A le laude.

Ant: Iuſtificeris domine in ſermonibus tuis: vt vincas quum iudicaris. Sal:

Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam: Amplius laua me ab

iniquitate mea: ⁊ a pec
cato meo munda me.
Quoniam iniquitatē
meam ego cognoſco:
⁊ peccatum meū con
tra me eſt ſemper.
Tibi ſoli peccaui, ⁊ ma
lum corā te feci: vt iu
ſtificeris in ſermo
nibus tuis, ⁊ vincas
quum iudicaris.
Ecce enim in iniquita
tibus conceptus ſum:
⁊ in peccatis concepit
me mater mea.
Ecce enim veritatem
dilexiſti: incerta ⁊ oc
culta ſapientie tue ma
nifeſtaſti mihi.
Aſperges me hyſopo,
⁊ mundabor: lauabis
me ⁊ ſuper niuem de
albabor.
Auditui meo dabis
gaudiū ⁊ letitiā: ⁊ exul
tabunt oſſa humiliata.
Auerte faciem tuam
a peccatis meis: ⁊ om
nes iniquitates meas
dele.
Cor mundum crea in
me Deus: ⁊ ſpiritum
rectū innoua in viſce
ribus meis.
Ne proijcias me a fa
cie tua: ⁊ ſpiritū ſanc
tum tuum ne auferas
a me.
Redde mihi letitiam
ſalutaris tui: ⁊ ſpiritu
principali cōfirma me
Docebo iniquos vias
tuas: ⁊ impij ad te con
uertentur.
Libera me de ſangui
nibus Deus Deus ſa
lutis mee: ⁊ exaltabit
lingua mea iuſtitiam
tuam.
Domine labia mea ape
ries: ⁊ os meum annun
tiabit laudem tuam.
Quoniam ſi voluiſſes
ſacrificium dediſſem:

vtique holocauſtis nō delectaberis.

Sacrificium Deo, ſpiritus contribulatus: cor contritum ⁊ humiliatum Deus non deſpicies.

Benigne fac in bona voluntate tua Sion: vt edificentur muri Hieruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitie, oblationes, ⁊ holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. Ant:

Iuſtificeris domine. &c. Ant:

Dominus tanquam ouis ad victimā ductus eſt: & non aperuit os ſuum. Sal:

Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam a me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacunque die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: ⁊ oſſa mea ſicut cremiū aruerunt.

Percuſſus ſum vt fenum ⁊ aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adheſit os meum carni mee.

Similis factus ſum Pellicano ſolitudinis: ⁊ factus ſum ſicut Nicticorax in domicilio.

Vigilaui, ⁊ factus ſum ſicut Paſſer ſolitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: ⁊ qui laudabant me, aduerſum me iurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam:

⁊ poculum meum cū fletu miſcebam.
A facie ire indignationis tue: quia eleuans alliſiſti me.
Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: ⁊ ego ſicut fenum arui.
Tu autem domine in eternum permanes: ⁊ memoriale tuum in generatione ⁊ generationem.
Tu exurgens miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.
Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: ⁊ terre eius miſerebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum domine: ⁊ omnes reges terre gloriam tuam.
Quia edificauit dominus Sion: ⁊ videbitur in gloria ſua.
Reſpexit in orationē humilium: ⁊ non ſpreuit preces eorum.
Scribantur hec in generatione altera: ⁊ populus qui creabitur laudabit dominum.
Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dominus de celo in terram aſpexit.
Ut audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.
Ut annuntient ī Sion: nomen domini: ⁊ laudē eius in Hieruſalem.
In conueniendo populos in vnū: ⁊ reges vt ſeruiant domino.
Reſpondit ei in via virtutis ſue: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.
Ne reuoces me in di-

midio dieruꝫ meoꝛuꝫ: in generatione ⁊ generationem anni tui.

Initio tu domine terram fundaſti: ⁊ opera manuum tuarum ſunt celi.

Ipſi peribunt, tu autem permanes: ⁊ omnes ſicut veſtimentuꝫ veteraſcent.

Et ſicut opertoꝛium mutabis eos, ⁊ mutabuntur tu autem idem ipſe es, ⁊ anni tui non deficient.

Filij ſeruoꝛum tuoꝛuꝫ habitabunt: ⁊ ſemen eoꝛum in ſeculum dirigetur. Ant:

Dominus tanquam. & c. Ant:

Contritum eſt cor meum in medio mei: contremuerunt omnia oſſa mea. Sal:

De pꝛofundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes in vocem depꝛecationis mee.

Si iniquitates obſeruaueris domine domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te pꝛopitiatio eſt: ⁊ pꝛopter legem tuam ſuſtinui te domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in domino.

Quia apud dominum miſericoꝛdia: ⁊ copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Ant:

Contritum eſt. & c. Ant:

Exhortatus es in virtute tua; & in refectione ſancta tua domine. Sal:

Domine exaudi ora
tionem meam, au/
ribus percipe obſecra
tionem meam: in veri
tate tua exaudi me, in
tua iuſtitia.
Et non intres in iudi/
cium cum ſeruo tuo:
quia non iuſtificabitur
in coſpectu tuo om/
nis viuens.
Quia perſecutus eſt
inimicus animã meã:
humiliauit in terra vi/
tam meam.
Collocauit me in ob/
ſcuris ſicut mortuos
ſeculi, ⁊ anxiatus eſt ſu
per me ſpiritus meus:
in me turbatum eſt
cor meum.
Memor fui dierum an
tiquorum, meditatus
ſum in omnibus ope/
ribus tuis: ⁊ i factis ma
nuum tuarum medi/
tabar.

Expandi manus meas
ad te: anima mea ſicut
terra ſine aqua tibi.
Velociter exaudi me
domine defecit ſpiri/
tus meus.
Non auertas faciem
tuam a me: ⁊ ſimilis
ero deſcendentibus in
lacum.
Auditam fac mihi ma
ne miſericordiã tuã:
quia in te ſperaui.
Notam fac mihi viam
in qua ambulem: quia
ad te leuaui animam
meam.
Eripe me de inimicis
meis, domine ad te
confugi: doce me fa/
cere voluntatem tuã,
quia Deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus
deducet me i terrã rec
tã: propter nomen tuũ
domine, viuificabis
me in equitate tua.

Et duces de tribulatione animam meam: et in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum. Ant:

Exhortatus es. &c. Ant:

Oblatus eſt quia ipſe voluit: & peccata noſtra ipſe portauit. Sal:

Laudate dominum de Celis: laudate eum in excelſis.

Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum Sol et Luna: laudate eum omnes ſtelle et lumen.

Laudate eum celi celorum: et aque omnes que ſuper celos ſunt, laudent nomen domini.

Quia ipſe dixit et facta ſunt ipſe mandauit et creata ſunt.

Statuit ea in eternum et in ſeculum ſeculi: preceptum poſuit et non preteribit.

Laudate dominum de terra: dracones et omnes abyſſi.

Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: que faciunt verbum eius.

Montes et omnes colles: ligna fructifera et omnes cedri.

Beſtie et vniuerſa pecora: ſerpentes et volucres pennate.

Reges terre et omnes populi: principes et omnes iudices terre.

Iuuenes et virgines ſenes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.

Confeſſio eius ſuper celuꝫ ⁊ terraꝫ: ⁊ exaltauit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis eius: filijs Iſrael, populo appropinquãti ſibi. Sal:

Cantate domino canticum nouum: laus eius in Eccleſia ſanctorum.

Letetur Iſrael in eo qui fecit eum: ⁊ filie Sion exultent in rege ſuo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano ⁊ pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacituꝫ eſt domino ĩ populo ſuo: ⁊ exaltauit manſuetos in ſalutem.

Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis.

Exultationes Dei in gutture eorum: ⁊ gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictaꝫ ĩ nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eoruꝫ in compedibus: ⁊ nobiles eoruꝫ in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conſcriptuꝫ: gloria hec eſt omnibus ſanctis eius. Sal:

Laudate dominuꝫ in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate euꝫ ſecundum multitudinẽ magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tube: laudate eum in pſalterio ⁊ cithara.

Laudate euꝫ in tympano ⁊ choro: laudate eũ in cordis ⁊ organo.

L audate eum in cymbalis beneſonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum. Ant:

O blatus eſt. &c.

V. H omo pacis meę, in quo ſperabam,

R. Q ui edebat panes meos, ampliauit aduerſum me ſupplantationem. Ant:

T raditor autem dedit eis ſignum, dicens; quẽ oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum.

Doppo queſta Ant: ſi naſconde il lume che e reſtato deli quindici o vno altro i cambio di quello ⁊ fannoſi le prime tenebre di poi paleſato s'intuona ad alta voce il Salmo.

B Enedictus dominus Deus Iſrael: quia viſitauit, ⁊ fecit redemptionẽ plebis ſue.

E t erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.

S icut locutus eſt per os ſanctorum: qui a ſeculo ſunt Prophetarum eius.

S alutẽ ex inimicis noſtris: ⁊ de manu omnium qui oderunt nos.

A d faciendam miſericordiam cuz patribus noſtris: ⁊ memorari teſtamenti ſui ſancti.

I uſiurandũ quod iurauit ad Abraam patrem noſtrum: daturum ſe nobis.

V t ſine timore, de manu inimicorum noſtrorum liberati: ſeruiamus illi.

I n ſanctitate ⁊ iuſtitia coram ipſo: omnibus diebus noſtris.

E t tu puer Propheta altiſſimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini, parare vias eius.

Ad dandã ſcientiã ſalutis plebis eius in remiſſionẽ peccatorũ eorũ.

Per viſcera miſericordie Dei noſtri: in quibus viſitauit nos oriẽs ex alto.

Illuminare his qui in tenebris, ⁊ vmbra mortis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Naſcõdeſi vn'altra volta il lume ⁊ fãnoſi le tenebre ſecõde, ⁊ rimoſtrato il lume ſi ridice l'Ant:

Traditor autem dedit eis ſignum, dicens: quem oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum.

Naſcoſto di nuouo il lume ſi fanno le terze tenebre ⁊ ſcuperto immediate il Miniſtro, dice queſta Antifona.

Chriſtus factus eſt pro nobis obediens, vſque ad mortem.

La qual finita ⁊ tutti aſſettati in ginocchioni ſi dice. Pater noſter.

Tutto con ſilẽtio.

Et di poi il Salmo.

Miſerere mei Deus.

Alquanto in voce alta ⁊ finito ſi dice ſenza Oremus; L'oratione.

Reſpice queſumus domine ſuper hãc familiam tuã: pro qua dominus noſter Jeſus Chriſtus non dubitauit manibus tradi nocentium: ⁊ Crucis ſubire tormentum.

Ma Qui tecum. ⁊c. ſi dice ſegreto doppo queſto ſi ſuona ſolo queſta ſera la cãpana: ⁊ diceſi L'Aue Maria, l'altre due ſere ſi facci no tre volte de L'Aue Maria, cõ qualche ſtrepito. Queſte coſe finite ſi commete il ſermone ⁊ fãnoſi prieghi ⁊ queſta ⁊ l'altre ſere ſeguenti.

Incomincia L'offitio del Giouedi ſanto.

Il primo notturno.

Pater noſter. ⁊c.

Tutto ſegreto.

Queſti tre Salmi che ſeguono ſono ne l'offitio del Mercoredi ſanto paſſato a carte 42

Nel I notturno. Ant:

Aſtiterunt reges terre: & principes conuenerunt in vnum, aduerſus dominũ, & aduerſus Chriſtum eius. Sal:

Ad dominũ quũ tribularer clamaui Ant:

Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Sal:

Leuaui oculos. Ant:

Inſurrexerunt in me teſtes iniqui: & mentita eſt iniquitas ſibi. Sal:

Letatus ſum in his.

℣. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea.

℟. Et ſuper veſtẽ meã miſerunt ſortem.

Pater noſter. ⁊c. Segreto Lettione I

De lamentatione Hieremie Prophete.

Heth.

Cogitauit dominus diſſipare murum filie Sion: tetendit funiculum ſuum, ⁊ non auertit manum ſuaꝫ a perditione. Luxitqꝫ ante murale: ⁊ murus pariter diſſipatus eſt.

Theth. Defixe ſunt i terra porte eius: perdidit ⁊ contriuit vectes eius, regem eius ⁊ principem eius in gentibus. Non eſt lex: ⁊ prophete eius non inuenerunt viſionem a domino.

Iod. Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filie Sion: conſperſerunt cinere capita ſua, accincte ſunt ciliciis. Abiecerunt i terra capita ſua virgines Iuda

Caph. Defecerũt pre

lachrymis oculi mei: ⁊ conturbata ſunt viſcera mea. Effuſum eſt in terra iecur meum ſuper contritionez filie populi mei quum defi ceret paruulus, ⁊ lactans in plateis oppidi. Hieruſalem, Hieruſalem conuertere ad dominum Deum tuum.

℟. Omnes amici mei dereliquerunt me: & preualuerunt in ſidiantes mihi: tradidit me, quem diligebam. Et terribilibus oculis plaga crudeli percutiens, aceto potabant me. ℣. Inter iniquos proiecerunt me: & non pepercerunt anime mee. ℟. Et terribilibus oculis: plaga crudeli percutiens, aceto potabant me.

Lettione. 2 Lamed.

Matribus ſuis dixerunt, vbi eſt triticum ⁊ vinuz? quum deficerent quaſi vulnerati in plateis ciuitatis: cuz exhalarent animas ſuas in ſinu matrum ſuarum.

Mem. Cui cóparabo te, vel cui aſſimilabo te filia Hieruſalé? Cui exequabo te, ⁊ cóſolabor te virgo filia ſion? Magna eſt enim velut mare, contritio tua: quis medebitur tui?

Nun. Prophete tui viderunt tibi falſa, ⁊ ſtulta: nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad penitentiam prouocarent. Viderunt autẽ tibi aſſumptionez falſas, ⁊ eiectiones.

Samech. Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam ſibilauerunt, ⁊ mouerunt capita ſua ſuper filiam Hieruſalem: heccine eſt vrbs; dicentes, perfecti decoris: gaudium vniuerſe terre. Hieruſa-

lem, Hieruſalem con/uertere ad dominum Deum tuum.

R. Velum templi ſciſſum eſt: Et om/nis, terra tremuit: latro de cruce clamauit dicens, memento mei domine dum veneris in regnum tuum. V. Petre ſciſſe ſunt & monumenta, aperta ſunt: & multa corpora ſanctorum qui dormierant, ſurrexerunt. R. Et omnis terra tremuit: latro de cruce clamauit dicens, memento mei domine dum veneris in regnum tuum.

Lettione. Ain.

Aperuerunt ſuper te os ſuuꝫ omnes inimici tui: ſibilaue/runt ⁊ fremuerunt den/tibus: ⁊ dixerunt: De/uorabimus: En iſta eſt dies quam expectaba/mus inuenimus vidi/mus.

Phe. Fecit dominus que cogitauit: com/pleuit ſermonem ſuuꝫ quem preceperat a diebus antiquis. De/ſtruxit ⁊ non pepercit ⁊ letificauit ſuper te inimicum: ⁊ exaltauit cornu hoſtiuꝫ tuoꝛuꝫ.

Sade. Clamauit cor eoꝛum ad dominuꝫ: ſuper muros filie Sion. Deduc quaſi torren/teꝫ lachꝛymas per diē ⁊ noctem: non des re/quiem tibi neque ta/ceat pupilla oculi tui.

Coph. Conſurge lau/da in nocte in princi/pio vigiliarum: effun/de ſicut aquaꝫ coꝛ tuū ante conſpectum do/mini. Leua ad eum manuſ tuaſ pro anima paruuloꝛum tuoꝛum qui defecerunt in fa/me in capite omnium compeditoꝛum. Hie/ruſalem Hieruſalem conuertere a dominū Deum tuum.

R. Vinea mea electa, ego te plantaui.

Quomodo conuerſa es in amaritudinem, vt me crucifigeres, & Barabã dimitteres?

℣. S epiui te: & lapides elegi ex te: & edificaui turrim. ℟. Q uomodo conuerſa es in amaritudinem, vt me crucifigeres, & Barabam dimitteres.

Et ridiceſi il ℟ V inea mea. tutto i fine al ℣ S epiui.

Nel 2 notturno.

Cerca di queſti tre Salmi, nel 2 notturno de l'offitio d'hieri. Ant: V im faciebant, qui quęrebant animam meam. Salmo. A d te leuaui. Ant: C onfundantur, & reuereantur, qui querunt animam meam, vt auferant eã. Sal: N iſi quia domi: Ant: A lieni inſurrexerunt in me: & fortes quęſierunt animam meam. Sal: Q ui confidunt.

℣. I nſurrexerunt in me teſtes iniqui.

℟. E t mentita eſt iniquitas ſibi.

P ater noſter. ⁊c.

Tutto ſegreto.

Lettione 4

Ex tractatu ſancti Auguſtini epiſcopi ſuper Pſalmos.

Protexiſti me Deus a conuentu malignantium: a multitudine operantium iniquitatem. Iam ipſum caput noſtrum ituea mur. Multi martyres talia paſſi ſunt: ſed nihil ſic elucet quomodo caput martyrum. Ibi melius intuemur, quod illi experti ſunt. Protectus eſt a multitudine malignantiũ, protegente ſe Deo. Protegente carnem ſuam ipſo in filio ⁊ homine quem gerebat: quia filius hominis eſt: ⁊ filius Dei eſt. Filius Dei propter formam Dei: filius hominis propter formam ſerui: habens poteſtatẽ ponere animam ſuam:

mã,ſuã ⁊ recipere eaz. Quid ei potuerunt facere inimici? Occiderunt corpus: animam autez non occiderunt. Intendite: parum ergo erat dominũ hortari martyres verbo: niſi firmaret exemplo.

℟. Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis, & fuſtibus comprehendere me. Quotidie apud vos eram docens in templo, & non me tenuiſtis: ecce flagellatum ducitis ad crucifigendum. ℣. Quumque iniecissent manus in Ieſum & tenuiſſent eum: dixit ad eos. ℟. Quotidie apud vos eram docens in templo, & non me tenuiſtis: & ecce flagellatum ducitis ad crucifigendum.

Lettione. 5

Noſtis qui conuentus erat malignantium Iudeorum: ⁊ que multitudo operantiũ iniquitatez. Quaz iniquitatez? Quia voluerunt occidere dominum Ieſum Chriſtuz. Tanta bona opera inquit oſtendi vobis: propter quod horum opus vultis me occidere? Pertulit omnes infirmos eorum: curauit omnes languidos eorum: predicauit regnuz celorum: non tacuit vitia eorum, vt ipſa potius eis diſpliceret: non medicus a quo ſanabantur.

℟. Tenebre facte ſunt dum crucifixiſſent Ieſum Iudei: & circa horam nonam exclamauit Ieſus voce magna, Deus meus, vt quid me dereliquiſti, Et inclinato capite emiſit ſpiritum. ℣. Exclamans Ieſus voce magna, ait, pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. ℟. Et inclinato capite emiſit ſpiritum.

Lettione. 6

His omnibus curationibus eius ingrati, tanquam multa febre frenetici inſanientes in medicum,

qui venerat curare eoſ excogitauerunt conſiliũ perdendi euꝫ, tanquã ibi volẽtes probare, vtrũ vere homo ſit, qui mori poſſit, an aliquid ſuper homines ſit, qui mori ſe non permittat. Verbum ipſorum agnoſcamus in ſapientia Salomonis. Morte turpiſſima, inquiunt cõdẽnemus eũ. Erit eniꝫ reſpectus in ſermonibus ipſius. Si enim vere filius Dei eſt: liberet euꝫ. Videamus ergo quid factuꝫ ſit: quia exacuerunt vt gladium linguas ſuas. Filij hominum denteſ eorum, arma, & ſagitte: & lingua eoruꝫ gladius acutus.

℟. Animam meam dilectam tradidi in manus iniquorum, & facta eſt mihi hęreditas mea ſicut leo in ſylua: dedit cõtra me voces aduerſarius, dicens: congregamini, & properate ad deuorandum eum: & poſuerunt me in deſerto ſolitudinis: & luxit ſuper me omnis terra. Quia nõ eſt inuentus qui me agnoſceret, et faceret bene. ℣. Inſurrexerunt in me viri abſque miſericordia: & nõ pepercerunt animę meę. ℟. Quia nõ eſt iuentus qui me agnoſceret & faceret bene.

Nel terzo noturno.

Sono questi tre Salmi ſeguenti ne L'offitio paſſato d'hieri. Ant:

Ab inſurgentibus in me libera me domine: quia occupauerunt animã meã. ſal:

Domine ne ifu: Ant:

Longe feciſti notos meos a me: traditus ſum, & non egrediebar. ſal:

Beati quorum: Ant:

Captabunt in animam iuſti: & ſanguinem innocentem condemnabunt ſal:

Domine ne in furore:

℣. Locuti ſunt aduerſum me, lingua doloſa. ℟. Et ſermonibus odii circundederunt me, & expugnauerunt me gratis.

Lettione. 7

De Epiſtola Pauli ad Hebreos.

FEſtinemus ergo ingredi in illaȝ requiem: vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus eſt enim ſermo Dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti ⁊ pertingens vſque ad diuiſionem anime ac ſpiritus compagum quoque ac medullarũ: ⁊ diſcretor cogitationum ⁊ intentionum cordis. Et non eſt vlla creatura inuiſibilis i conſpectu eius. Omnia autem nuda ⁊ aperta ſunt oculis eius ad queȝ nobis ſermo. Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit celos Jeſum filium Dei: teneamus ſpei noſtre confeſſionem. Non enim habemus pótificeȝ qui non poſſit compati in firmitatibus noſtris: tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato.

℟. Tradiderunt me in manus impiorum: & inter iniquos proiecerunt me: & non pepercerunt animę meę: cógregati ſunt aduerſum me fortes. Et ſicut gigantes ſteterunt contra me. ℣. Alieni inſurrexerunt aduerſum me: & fortes quęſierunt animam meam. ℟. Et ſicut gigantes ſteterunt contra me.

Lettio. 8

ADeamus ergo cũ fiducia ad thronũ gratie eius: vt miſericordiã cóſequamur ⁊ gratiã iueniamus i auxiliũ opportunũ. Omnis nã que pótifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus cóſtituit i his que ſunt ad Deũ vt offerat dona ⁊ ſacrificia pro peccatis qui códolere poſſit his qui ignorant: ⁊ errant quoniaȝ

⁊ ipſe circundatus eſt infirmitate. Et propterea debet, quemadmoduꝫ ⁊ pro populo, ita etiam ⁊ pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſquam ſumit ſibi honorẽ: ſed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Sic ⁊ Chriſtus non ſemetipſuꝫ clarificauit vt pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmoduꝫ ⁊ i alio loco dicit. Tu es Sacerdos in eternum, ſecundum ordineꝫ Melchiſedec.

℟. Ieſum tradidit impius ſummis principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi. Petrus autem ſequebatur eum a longe vt videret finem. ℣. Adduxerunt autẽ eũ ad Caphã principẽ ſacerdotum: vbi ſcribę & phariſei conuenerant. ℟. Petrus autẽ ſequebatur eum a longe vt videret finẽ.

Lettione.

QUi i diebus carnis ſue, preces, ſuplicationeſque ad euꝫ qui poſſit ſaluum illum a morte facere, cum clamore valido, ⁊ lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Et quidem quum eſſet filius Dei, didicit ex his que paſſus eſt obedientiam: ⁊ conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis eterne, appellatus a Deo põtifex iuxta ordinem Melchiſedec. De quo nobis grandis ſermo, ⁊ ininterpretabilis ad dicendũ: quoniã imbecilles facti eſtis ad audienduꝫ. Et eniꝫ quũ deberetis eſſe magiſtri propter tempus: rurſum indigetis

vt vos doceamini que ſint elementa exordij ſermonũ Dei: & facti eſtis, quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo.

℟. Caligauerunt oculi mei a fletu meo: quia elongatus eſt a me, qui conſolabatur me, videte omnes populi. Si eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus. ℣. O uos omnes qui tranſitis per viã, attendite, & videte. ℟. Si eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus.

Si ridice il ℟ Caligauerũt. infine al ℣ O uos omnes qui.

A le laude.

Queſti ſalmi l'uno doppo l'altro ſono ne le laude de l'ofitio del Mercoredi ſãto. Ant:

Proprio filio ſuo non pepercit Deus: ſed pro nobis omnibus tradidit illum. ſal:

Miſerere mei. 50 Ant:

Anxiatus eſt in me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum. Sal:

Domine exaudi. 51 Ant:

Ait latro ad latronem, nos quidem digna factis recipimus: hic autem quid fecit? memento mei domine quum veneris in Regnum tuum. Sal:

De profundis. 52 Ant:

Dum turbata fuerit anima mea, domine miſericordię tuę memor eris. Sal:

Domine exaudi. 52 Ant:

Memento mei domine quum veneris in Regnum tuum ſal:

Laudate dominum de Celis. 53

℣. Collocauit me in obſcuris

℟. Sicut mortuos ſeculi. Ant:

Poſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam Ieſus Nazarenus Rex Iudęorum

Le prime tenebre.

Salmo.

Benedictus dominus. 54

Le ſiconde tenebre.

Antifona.

Poſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam Ieſus Nazarenus Rex Iudęorum

Le terze tenebre Ant:

Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem: mortem autem Crucis.

Pater noſter. &c.

Tutto ſegreto. Sal:

Miſerere mei Deus. 50

L'oratione

Reſpice queſumus domine ſuper hãc familiaʒ tuaʒ: pro qua dominus noſter Jeſus Chriſtus non dubitauit manibus tradi nocentium, ⁊ Crucis ſubire tormentum. Qui tecum. ſi dice baſſo.
L'Aue Maria.

Si dicono queſte coſe ⁊ tutte l'altre come ne la paſſata ſera, le quali finite ſi fa doue e l'uſanza la memoria de la lauatione de li piedi che fece il Signor noſtro in tal ſera con li ſuoi diſcepoli cõ le ſue circumſtãtie ⁊ doppo s'impone il ſermone, ⁊ fanno ſi i pregi, ma doue non e vſanza poi che ſara fatto ſtrepito ĩ cãbio de la campana ⁊ detta L'Aue Maria ſi dice il ſermone ⁊ li preghi.

In comincia L'offitio del Venerdi ſanto.

Il primo notturno.

Pater noſter. ⁊c.
Tutto ſegreto.

Queſti tre Salmi ſono nel primo notturno, de L'offitio del Mercoredi ſanto. Ant: In pace in idipſum, dormiã, & requieſcam.
Sal: Ad dominum quum tribu: Ant: Habitabit in tabernaculo tuo, requieſcet in monte ſancto tuo. Sal: Leuaui oculos. Ant: Caro mea requieſcet in ſpe. Sal: Letatus ſum in his.
V. In pace in idipſum.
R. Dormiam & requieſcam.
Pater noſter. ⁊c.
Tutto ſegreto.

Lettione.

De lamentatione Hieremie Prophete.

Heth.

Miſericordie domini quia non ſumus

conſumpti: quia non defecerunt miſerationes eiuʒ.

Heth. Noui diluculo, multa eſt fides tua.

Heth. Pars mea dominuʒ, dixit anima mea propterea expectabo eum.

Teth. Bonus eſt dominus ſperantibus in euʒ, anime querenti illum.

Teth. Bonum eſt preſtolari cum ſilentio ſalutare domini.

Teth. Bonum eſt viro, quum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.

Ioa. Sedebit ſolitarius, ⁊ tacebit: quia leuauit ſe ſuper ſe.

Iod. Ponet i puluere os ſuũ, ſi forte ſit ſpes.

Iod. Dabit percutienti ſe maxillam: ſaturabitur opprobrijs.

Caph. Quia non repellet in ſempiternuʒ dominuʒ.

Caph. Quia ſi abiecit ⁊ miſerebitur ſecundũ multitudinem miſericordiarum ſuarum.

Caph. Non enim humiliauit ex corde ſuo, ⁊ abiecit filios hominum. Hieruſalem Hieruſalem conuertere ad dominuʒ Deum tuuʒ.

℟. Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt: & dum male tractaretur, non aperuit os ſuum: traditus eſt ad mortem, Vt viuificaret populum ſuum. ℣. Tradidit in mortem animam ſuam, & inter ſceleratos reputatus eſt. ℟. Vt viuificaret populum ſuum.

Lettione. 2 Lamed.

Vt contereret ſub pedibus ſuis: omnes vinctos terre.

Lamed. Vt declinaret iudiciũ viri in conſpectu vultus altiſſimi.

Lamed. Ut perverteret hominem in iudicio ſuo: dominus ignorauit.

Mem. Quis eſt iſte; qui dixit, ut fieret, domino non iubente?

Mem. Ex ore altiſſimi non egredientur nec mala, nec bona.

Mem. Quid murmurauit homo viuens: vir pro peccatis ſuis?

Nun. Scrutemur vias noſtras, ⁊ queramus: ⁊ revertamur ad dominum.

Nun. Levemus cor da noſtra cuꝫ manibuꝫ ad dominum in celos.

Nun. Nos inique egimus, ⁊ ad iracundiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es. Hieruſaleꝫ Hieruſaleꝫ convertere ad dominum Deum tuum.

℞. Hieruſalem ſurge: & exue te veſtibus iocunditatis: induere te cinere & cilicio, Quia in te occiſus eſt ſaluator Iſrael. ℣. Deduc quaſi torrentem lachrymas, per diem & noctem non taceat pupilla oculi tui. ℞. Quia in te occiſus eſt ſaluator Iſrael.

Lectione:

Incipit Oratio Hieremie Prophete.

Recordare domine quid acciderit nobis: intuere ⁊ reſpice opprobrium noſtrum. Hereditas noſtra verſa eſt ad alienos: domus noſtre ad extraneos. Pupilli facti ſumus abſque patre: matres noſtre quaſi vidue. Aquã noſtrã pecunia bibimus: ligna noſtra precio comparauimus. Ceruicibus minabamur: laſſiꝫ non dabatur requieꝫ. Egipto dedimus manũ, ⁊ Aſſyriis: ut ſaturare-

mur pane. Patres noſtri peccauerunt, & nõ ſunt: & nos iniquitates eorũ portauimus. Serui dominati ſunt noſtri non fuit, qui redimeret de manu eorũ. In animabus noſtris efferebamus panẽ nobis: a facie gladij in deſerto. Pellis noſtra quaſi clibanus, exuſta eſt a facie tempeſtatum famis. Mulieres in Sion humiliauerunt: & virgines in ciuitatibus Iuda. Hieruſalem Hieruſalem conuertere ad dominum Deum tuum.

℟. P lange quaſi virgo plebs mea: vlulate paſtores in cinere & cilicio. Quia veniet dies domini magna, & amara valde. ℣. Accingite vos ſacerdotes, & plangite miniſtri altaris aſpergite vos cinere. ℟. Quia veniet dies domini magna, & amara valde. Si ridice il ℟. P lange quaſi, &c. tutto in fine al ℣. Accingite

Nel 2 notturno.

Queſti tre ſalmi ſonno nel 2 notturno de l'offitio del Mercoredi ſanto. Antifona.

Eleuamini portę ęternales, & introibit rex glorię. Sal: Ad te leuaui. Ant: Credo videre bona domini in terra viuentium. Sal: Niſi quia domi: Ant: Domine abſtraxiſti ab inferis animam meã. Sal. Qui confidunt. ℣. Tu autem domine miſerere mei. ℟. Et reſuſcita me, & retribuam eis. Pater noſter. &c.

Lettione. 4

Ex tractatu ſancti Auguſtini epiſcopi ſuper Pſalmos.

Accedet homo ad cor altum & exaltabitur Deus: Illi dixerunt: Quis nos videbit? Defecerunt ſcru

rantes ſcrutinio conſilia mala. Acceſſit homo ad ipſa conſilia: paſſus eſt ſe teneri homo. Non eniꝫ teneretur niſi homo: aut videretur niſi homo: aut traderetur niſi homo aut crucifigeretur, ⁊ moreretur niſi homo. Acceſſit ergo homo ad illas omnes paſſiones: que in illo nihil valerent, niſi eſſet homo. Sed ſi ille non eſſet homo non liberaretur homo.

℟. Receſſit paſtor noſter fons aque vite: ad cuius tranſitum obſcuratus eſt Sol. Nam & ille captus eſt, qui captiuum tenebat primum hominem; hodie portas mortis, & ſeras pariter ſaluator noſter dirupit. ℣. Deſtruxit quidem clauſtra inferni: & ſubuertit potentias diaboli. ℟. Nã & ille captus eſt, qui captiuum tenebat primum hominem; hodie portas mortis, & ſeras pariter ſaluator noſter dirupit.

Lettione.

Acceſſit homo ad coꝛ altũ, ideſt coꝛ ſecretuꝫ: obijciens aſpectibus humanis hominem, ſeruans intus Deum, celans foꝛmaꝫ Dei, in qua equalis eſt patri: ⁊ offerens foꝛmam ſerui, qua minoꝛ eſt patre. Ipſe enim dixit vtrumque ſed aliud ex foꝛma Dei, aliud ex foꝛma ſerui. Dixit ex foꝛma Dei: ego ⁊ pater vnum ſumus. Dixit ex foꝛma ſerui: quoniam pater maioꝛ me eſt. Unde ex foꝛma Dei: Ego ⁊ pater vnum ſumus quia quũ i foꝛma Dei eſſet, non rapinaꝫ arbitratuꝫ eſt; eſſe ſe equale Deo. Unde ex foꝛma ſerui: quoniam pater maioꝛ me eſt: quia ſemetipſũ

exinaniuit, formaʒ ſerui accipiens.

℟. Quos omnes qui tranſitis per viā, attendite & videte: Si eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus. ℣. Attendite vniuerſi populi, & videte dolorē meum. ℟. Si eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus.

Lettione. 6

ACceſſit ergo homo ad cor altū, ⁊ exaltatus eſt Deus. Occiditur homo, ⁊ exaltatur Deus. Quod eniʒ occiſus eſt, ex infirmitate humana fuit. Quod reſurrexit, ⁊ aſcendit, ex poteſtate diuina. Accedet homo ad cor altuʒ: cor ſecretuʒ: cor abſconditū: nō oſtendens quid noſſet: nō oſtendenʒ quid eſſet. Illi putantes, hoc totū eſſe quod videbatur occidunt hominem in corde alto: ⁊ exaltatur Deuʒ i corde diuino: Potentiā enim maieſtatis exaltatus eſt. Ex quo exaltatus? unde receſſit humiliatuʒ? Accedet homo ad cor altuʒ, ⁊ exaltabitur Deus. Propterea iā attendite fratres mei cor altum hominis. Cuius hominis? mater Sion dicet homo: ⁊ homo factus eſt in ea: ⁊ ipſe fundauit eam altiſſimus.

℟. Ecce quomodo moritur iuſtus: & nemo percipit corde & viri iuſti tolluntur: & nemo cōſiderat, a facie iniquitatis ſublatus eſt iuſtus. Et erit in pace memoria eius. ℣. Tanquam agnus coram tondente ſe obmutuit & non aperuit os ſuum: de anguſtia, & de iudicio ſublatus eſt. ℟. Et erit in pace memoria eius.

Il ℟. Ecce quomodo. &c. ſi ridice in fino al ℣. Tanqui.

Nel terzo notturno.

Vedi di queſti tre Salmi, nel 3 notturno de

L'offitio del Mercoredi santo. Ant:

Deus adiuuat me, & dominus ſuſceptor eſt animę meę. ſal:

Domine ne infu. Ant:

In pace factus eſt locus eius, & in Sion habitatio eius. ſal:

Beati quorum Ant:

Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber Ant:

Domine ne infurore

℣. In pace factus eſt locus eius.

℟. Et in Sion habitatio eius.

Pater noſter ⁊c.

Tutto ſegreto.

Lettione.

De Epiſtola Pauli ad Hebreos.

Chriſtus autem aſſiſtens pontifex futurorum bonorū per amplius ⁊ perfectius tabernaculum non manu factū ideſt non huius creationis neque per ſanguinem hircorum aut vitulorū: ſed per proprium ſanguinē introiuit ſemel in ſancta eterna redemptione inuenta. Si enī ſanguis hircorū ⁊ taurorum ⁊ cinis vitule aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationē carnis: quanto magis ſanguis Chriſti qui per Spiritum ſanctū ſemetipſū obtulit immaculatū Deo emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendū Deo viuenti: Et ideo noui teſtamēti mediator eſt: vt morte intercedente in redemptionem earū preuaricationum que erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt eterne hereditatis.

R. Aſtiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in vnum. Aduerſus dominum & aduerſus Chriſtum eius.

V. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania.

R. Aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius.

Lettione.

Ubi enim teſtamentum eſt: mors neceſſe eſt vt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt: alioquin non dum valet, dum viuit qui teſtatus eſt. Unde nec primuꝫ quideꝫ dedicatuꝫ eſt ſine ſanguine. Lecto enim omni mandato legis a Moyſe vniuerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum ⁊ hircorum cum aqua ⁊ lana coccinea ⁊ hyſſopo: ipſum quoque librum ⁊ omneꝫ populum aſperſit, dicens: Hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus. Etiam tabernaculum, ⁊ omnia vaſa miniſterij ſanguine ſimiliter aſperſit. Et omnia pene in ſanguine, mundantur ſecundum legem: ⁊ ſine ſanguinis effuſione, non fit remiſſio. Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem celeſtium, his mundari: ipſa autem celeſtia melioribus hoſtijs quã iſtis. Non enim in manu facta ſancta introiuit Jeſus exemplaria verorũ: ſed in ipſuꝫ celuꝫ: vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Neque vt ſepe offerat ſemetipſum, quemadmodum pontifex intrat in ſancta per ſin-

gulos annos in ſanguine alieno. Alioquin oportebat eũ frequẽter pati ab origine mundi. Nunc autem ſemel, in conſumatione ſeculorum, ad deſtructionem peccati per hoſtiam ſuã apparuit. Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus, ſemel mori, poſt hoc autem iudicium: ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorũ exaurienda peccata: ſecundo ſine peccato apparebit, omnibus expectantibus ſe in ſalutem.

℟. Exiſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber.

℣. Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis, & in vmbra mortis.

℟. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber.

Lettione .9.

